

PRINCIPIA PROCESSUS JUDICII IMPERIALIS AULICI HODIERNI,

BREVISSIME DELINEATA,

INDICATIS SIMUL DIFFERENTIIS

PROCESSUS CAMERALIS.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ

IN OFFICINA KNOCHIANA,

MDCCXLIV.

ILLUSTRISSIMO
ATQUE
EXCELLENTISSIMO
COMITI S. R. I.
AC DOMINO,
DOMINO
AUGUSTO FRIDERICO,
SAC. ROM. IMP. COMITI
DE SEYDEWIZ,
DYNASTÆ IN PULSWERDA, &c.
SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS
CONSILIARIO INTIMO
ET
AUGUSTISSIMI TRIBUNALIS
CÆSAREO-IMPERIALIS AULICI
VICE-PRÆSIDI &c.
COMITI AC DOMINO MEO
GRATIOSISSIMO



ILLUSTRISSIME

Atque

EXCELLENTISSIME

S. R. I. COMES,

COMES AC DOMINE GRATIOSISSIME!

LIbellum, quem manuſcriptum jure emtionis meum feci, exiguum quidem mole, ſed argumenti pondere magnum, TIBI, ILLUSTRISSIME COMES, conſecro.

Compendiolum tantum praxeos continet, quæ in utroque ſupremo Imperii Dicaſterio hactenus obſervari ſolita eſt.



Itaque

Itaque, si ex dignitate Tua spectetur, qui supremi Imperialis Themidis Sacerdotii Præsul causas justitiæ dirigis, labor quidem perexiguus; consilium vero, quod cepi, ut utilitati publicæ commendetur, si opusculo Illustrissimum nomen Tuum præfigere audeam, minime damnandum est.

Quod enim majus, quam a splendidissimo nomine Tuo decus & ornamentum huic Libello accedere posset, cum inter reliqua eminentiora virtutis decora, singularem in scientias affectum & in promovenda justitia laborem indefessum, quo ad conciliandam ac conservandam Augustissimi Cæsaris gratiam nihil efficacius est, in Te admirentur omnes?

Accipe itaque, quem offero, libellum, & consilium, quod cepi, ut illum Tibi consecrarem, æqui boniqué consule.

Quod

Quod si consequutus fuero, nec in posterum me gratia Tua indignum judicari arbitrabor, nec ullam mihi occasionem prætermittendam putabo, qualecunque meæ in Te venerationis monumentum statuendi, concipiendique simul voti, ut DEUS O. M. diutissime Te sospitem servet & incolumem! Id enim est, quod a DEO immortali precibus ardentissimis quotidie efflagitat,

ILLUSTRISSIME
Atque
EXCELLENTISSIME
S. R. I. COMES,

COMES AC DOMINE
GRATIOSISSIME,

EXCELLENTIÆ TUÆ

Francofurti ad Mœnum
die 20. Sept. 1743.

humillimus ac devotissimus
Ioannes Georgius Esslinger.



BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

Bibliopola.

IN *satis magna librorum copia, qui praxin Judiciorum Imperii summorum, Aulici & Cameralis, tum in compendio, tum fusius tradiderunt, me adhuc* Principia Processus Imperialis *prelo excudi curasse haud miraberis, si brevibus dixero, Autorem hujus libelli, Virum in foro Imperii per triginta annorum usum exercitatissimum, id pro scopo habuisse, ut concinno ordine, justaque brevitate, Praxeos Imperii studiosis filum quasi Ariadneum offerret. Duorum, quæ in Imperio Romano-Germanico florent, summorum Tribunalium Principia tam exacte vel conjunxit, vel distinxit, ut primo statim conspectu, quid in utroque vel alterutro norma Ordinationum atque usus jubeant, addisci possit. Objecta praxeos,*

remedia




remedia juris & modos agendi, ne confusio suboreretur, mira admodum facilitate positionibus succinctis perspicue tradidit, iis asserendis, ubi opus visum, leges addens, formulasque in supplicando vel decernendo usitatas subjungens. Difficilem præterea Austregarum processus rationem summa illustravit diligentia, Casusque & Vias ibi occurrentes, quod nemo fere ante ipsum, Schemate ac Tabella judiciose ab invicem secernere novit. Præter Constitutiones quasdam Imperii, præsertim de Pace publica & Arrestis, calci adjectas, Differentias Processus Imperialis Aulici atque Cameralis in Parallelismum deduxit, facili negotio & quasi uno obtutu perlustrandum. Pauca hæcce Te, Lector Benevole, circa libellum, quem tibi trado, nescire nolui, an recte senserim, nec ne, Tuum esto judicium. Vale, atque conatibus Reipublicæ literariæ inserviendi fave.





CONTENTA.

CAP.



CAPUT I.

DE
Introductione, extractione & insinuatione Processuum in genere.

§. I.

a)



CAusam quandam apud Judicium Imperii Aulicum introducturus, vel sollicitaturus supplicam, qua desiderium suum Imperatori exponit, (quæque utut in folio scripta, in forma quarta tamen solet esse complicata, & in dorso decenter rubricata vid. 8. *a. b.*) vel ipse, vel Agens ejus per suum sollicitatorem janitori * in Anti-

* Quæ ipsi Imperatori vel in audientia, vel transitu offeruntur ad hoc tribunal pertinentes supplicæ, nihilominus ab eodem Præsidi mittuntur.

Camera Senatus congregati ** circa horam X. in duplo *** tradit.

b) Is exhibita, quæ illa die accepit, Præsidi loco suo ordinario in Senatu sedenti offert, * qui singulis præsentationis diem inscribit, eademque culeo inclusa Protonotario mittit, ut Protocollo rerum exhibitarum inserat.

c) Quo facto remittuntur Præsidi, qui Referentem, & si opus, Correferentem denominat. †

d) Referens relatione facta, votoque suo proposito, quod plurimis placuit, conclusum concipit, Secretario tradit, qui Protocollum, das

An=

** Congregatur Senatus Judicii Aulici diebus ☽ ♂ ♃ & ♀ hor. matut. 8. usque 12. Judicii Vicariatus Augustani diebus ☽ ♂ & ♀ hor. 9. usque 12. In Camera Audientiæ celebrantur diebus ☽ ☿ & ♀ horis pomerid. 1. usque 3. Senatus ante meridiem hora 8. omnibus diebus non feriatis habentur.

*** Uni exemplari inscribitur: In duplo; alteri: Duplicatum. Duplum in judicio asservatur. Duplicatum adversario communicatur. Adjuncta, quibus aliquid probatur, duplo in copia vidimata, duplicato in simplici apponuntur. Monitoria & contumaciæ accusationes, & quæcunque parti adversæ haud sunt communicanda, in simplo exhibentur.

* In Augustano Vicariatus Judicio, janitor exhibita Secretario offert. Hic diem præsentationis inscribit, & postea Præsidi eadem tradit.

† Currentia, sive Scripta in cursu Processus exhibita, statim post inscriptum præsentatum Referenti traduntur, qui, si vult, in eadem Senatus sessione ipsa præsentationis die eadem potest referre.

Anschlags = Protocoll, seu rubricas rerum resolutarum, finito Senatu in ædibus suis affigit, conclusum dorso exhibiti inscribit, simulque Protocollo rerum resolutarum, addito in margine Referentis nomine, inserit. †

e) Conclusa a patribus, pro singulis bifoliis dimidium florenum Secretario solventibus, redimuntur, & quoties novum scriptum vel monitorium saltem exhibetur, copia ultimi conclusi semper debet apponi.

f) Si interlocutorie aliquid injunctum, id ante omnia peragendum. Speciatim si exhibiti communicatio injuncta, eadem vel per Notarium & testes parti, si illa alibi degit, nec Agentem in Aula Cæsarea habet, vel per janitorem partis Agenti peragitur. Desuper a janitore documentum insinuationis pro dimidio floreno redimendum conficitur.

g) Sin citatio, mandatum, aut rescriptum fuit decretum, brevi schedula Secretarius Judicii Aulici.* de celeri ejus expeditione admone-

 tur.

† Triplex datur in Judicio Aulico rerum resolutarum Protocollum, *unum* solas earum rubricas continens, das Anschlags = Protocoll, *alterum*, cui inscribuntur conclusa juxta ordinem temporis, quo causæ fuerunt resolutæ; *tertium* denique juxta alphabeticum actorum ordinem singulis annis conficitur. Alterum, quod juxta temporis ordinem confici diximus, ita distribuitur, ut causis Germanicis quotannis duo volumina, Latinis autem unum volumen pro biennio destinetur.

* Tres autem sunt Secretarii, unus pro causis Latinis, duo pro Germanicis, qui duo singulis mensibus in functione alternant.

tur. In Sachen N. contra N. wird um baldige Expedition des erkannten Mandati geziemend gebeten N. Secretarius illud concipit, Referenti ad revidendum mittit.

h) Revisum ad taxæ officium transmittitur, ubi Impetrans pro rescripto $3\frac{1}{2}$ fl. pro mandato 20. fl. pro plenis appellationis processibus 48. fl. solvit.

i) Taxa soluta, a Cancellariæ Scriba in mundum illud redigitur, a Registratore collationatur, Judicii Aulici Secretario, dein Vice-Cancellario; tandemque ipsi Imperatori in der Rolle ad subscribendum offertur.

k) Post factam sigillationem Impetrans per Notarium vel janitorem dicto modo illud insinuari curat. Prorogationem termini is, qui eam petiit, insinuare non tenetur. At ex officio si terminus datus, insinuationem curat is, qui contumaciam accusavit.

§. II.

a) In termino præfixo impetrans impetratos processus, sive sint citationis, rescripti, mandati, sive appellationis, rite insinuatos per documentum insinuationis docet, eosdemque (appellationis quidem in originali) reproducit, ad acta poni, nec non in processu citationis ac appellationis exceptiones a parte adversa forsan productas sibi communicari, in earum defectu autem litem in contumaciam pro contestata & libellum pro confessato acceptari: at in processu mandati vel rescripti, ob non secutam paritionem

nem, mandatum arctius vel rescriptum magis serium petit.

b.) Impetratus vel paritionem docet, vel excipit, vel termini prorogationem petit, quæ licet in mandati processu petatur ad producendum exceptiones sub-& obreptionis, saltem tamen ad parendum conceditur. Prorogationem petens clausulam: *salva anticipatione*, addere solet, ut scilicet ante decursum termini prorogati producenda producere, terminumque anticipare sit integrum.

c) Si uterque emanet, primus terminus in citationis processu circumduci, reliqui purificari dicuntur, mandatum vires amittit, wird vor gefallen declarirt, appellatio autem, si saltem appellans emanet, habetur deserta.

d) Exceptiones productæ ad replicandum communicandæ per conclusum decernuntur. Ubi circa redemtionem conclusi & insinuationem exceptionum id, quod supra monitum, iterum observandum. Sin exceptiones plane frivolæ apparent, statim in mandatorum caussis fertur paritoria.

§. III.

a) In termino ad replicandum præfixo Impetrans replicas producit, & tunc (nisi reus duplicandi veniam petat) in mandati processu vel illud cassatur, vel fertur paritoria.

b) Sin replicæ ad duplicandum decernuntur communicari, mandati processus degenerat In ordinarium.

c) In ordinario processu replicæ ad duplicandum, porro, si prius triplicandi venia impetrata, duplicæ ad triplicandum, triplicæ ad quadruplicandum decernuntur. Quo facto in causa concluditur, acta inrotulantur, ad jussum Præsidis referuntur, & fertur sententia.

d) Si is, qui replicam, duplicam &c. producere debet, eandem non producit, alter in contumaciam causam pro conclusa acceptari petit, quod tamen antequam fiat, semper terminus ex officio indulgetur.

§. IV.

a) Sententia absolutoria litem suapte natura finit.

b) Post condemnatoriam ad victoris petitum decernitur commissio ad exequendum, quam tamen in causis mandati paritoriæ plures præcedunt.

c) Si cui aliquid extra sententiam injungendum cupit Consilium Aulicum, fieri illud solet Statibus Imperii per Rescriptum, inferioribus per Decretum, Agentibus ac Cancellariæ Taxæque Officialibus per: Dicatur dem 2c. Injungatur dem 2c.

d) Quæ Judicium Aulicum Consilio Aulæ Cæsareæ bellico, aliisque dicasteriis, sibi haud subordinatis, notificari vel communicari cupit, fiunt per Decretum in Freundschafft e. c. Notificetur des Magistrats von N. Bericht seinem Innhalt nach dem Löbl. Kays. Hof-Kriegs-Rath per Decretum in Freundschafft. Vel:

Fiat

Fiat decretum, insinuatum, reinsinuatum in Freundschafft.

§. V.

a) In Camera Wetzlariensi Procurator supplicam a se vel conceptam vel revisam Notario * in Cancellaria in duplo ** exhibet, qui illam Judici vel Præsidi Cameræ, hic autem Assessori ad referendum tradit. ***

b) Assessor extrajudicialiter, h. e. in Senatu Supplicationum, facti speciem narrat, addito Voto suo, colligitque duorum, qui ipsi adjunguntur, Assessorum vota, Decretumque Schedulæ inscriptum mediante cera supplicæ affigit, quam Notario postea reddit.

c) Hic decretum supplicæ inscribit, ac procuratori illam restituit.

d) Si per decretum petito annuitur, illud Cancellariæ Præfecto aut Protonotario traditur, qui mandatum, citationem, vel appellationis

* Dicuntur Notarii Cameræ, qui alibi judiciorum Secretarii vocantur.

** Adjuncta in Camera adduntur in simplo saltem, quique eorum copiam petit, bifolium pro tribus Batzijs redimit.

*** Hoc modo & extra judicialem audientiam in Camera petendi sunt processus de novo introducendi. At si quis in causa jamdum pendente ita extrajudicialiter quippiam petit, decernitur: Judicialiter. Vel: Mag Supplicant seine Nothdurfft gerichtlich suchen, i. e. Supplicans monetur, rem non pertinere ad extrajudicialem Supplicationum Senatum, sed desiderium in audientia judiciali proferendum esse.

processus concipit, Scribæ, dem Ingrossirer ad mundandum dat. Mundum a Præfecto Cancellariæ & Protonotario subscribitur & obsignatur.

e) Ad expeditionem hanc e Cancellaria sollicitandam Impetranti quoad appellationes fatalia sunt observanda, quoad reliquas causas annale spatium indulgetur, quo citra insinuationem elapso, de novo supplicandum pro *rescripto* i. e. expeditione nova, ein rescriptum præfati mandati vel citationis gnädig förderlich zu erkennen und mitzutheilen.

f) Acceptos e Cancellaria processus Procurator ad insinuandum dat Pedello, si pars adversa in loco judicii est præsens, sin absens, Notario in Camera immatriculato, vel nuntiorum magistro, qui per Cameræ nuntium quendam insinuationem fieri curat.

g) Nuntius nimirum parti adversæ, ubi locorum eam deprehendit, processus in originali tradit, aut, si pluribus insinuatio facienda, in copia, ostenso saltem ad legendum originali. Conf. 38. g. Si adversarius Princeps a residentia abest, insinuatio ex Officialibus potiori, qui reperiri potest NB. in residentia & aula, nec alibi, fieri debet. Nemine eam recipiente, processus portæ affiguntur. Civitatibus si quid insinuandum, illud in ipso senatu, si fieri potest, alias Consuli NB. intra mœnia faciendum. Nuntius insinuationes seu executiones factas illico conscribit, postea nuntiorum magistro tradit,

dit, qui illas revidet, subscribit, & impetranti procuratori tradit judicialiter producendas.

h) Quæ in terminis coram Camera Imperiali sunt agenda per proloquia, quæ Recessiren vulgo vocant, perficiuntur in publica audientia, quatuor illis, qui dantur in Camera, rerum agendarum ordinibus, **Umfragen.**

1. Sententiarum, ubi perficiuntur per sententiam injuncta e. c. legitimatio, litis contestatio, conclusio in causa.
2. Reproductionis.
3. Novarum, quorsum spectant e. c. interventio, accusatio contumaciæ, petitio dilationis, reassumtionis, commissionis, restitutionis, eaque omnia, quæ in reliquis ordinibus peragi nequeunt.
4. Terminorum.

i) Recessus hodie non amplius permittuntur ad calamum dictari, sed ex scripto recitari jubentur. Decret. Commun. Cameral. die 13. Dec. 1659. §. 5. Recessus vero nil continere debent, quod ad merita causæ principalis pertineat: alias adversarius petit, **diesen** merita causæ continentem recessum sub pœna ab actis **zu verwerffen.** Sequuntur autem Procuratores Camerales in proponendis suis recessibus ordinem suæ receptionis, & ne parti nascatur præjudicium, si forte ordo aliquem ex Procuratoribus non tangat ad faciendum ea, quæ intra fatale erant agenda, recessibus, quos postea proferunt, addere solent: *in primo suo agendi ordine*

dine vel facultate, qui ordo etiam a pedello, ubi quævis audientia inceperit, ac ubi desierit, in libro peculiari est annotandus. Ordinem suum si Procurator haud servat, mulcta ipsi indicitur, wird die Straffe der Ordnung vorbehalten, quæ est floreni Cameralis seu 20. Batziorum. Gravior duploque major est die Straffe nach Ermässigung, quæ e. c. irrogatur, si exhibito nomen Advocati non subscriptum.

k) Quoties contumacia partis adversæ accusanda, in Camera proclama petitur, & quia terminus nonnisi post sex juridicas exspirat, iis demum a proclamate decreto elapsis processus in contumaciam petuntur. Decr. Comm. d. 17. Aug. 1574. R. I. N. §. 36. Conc. Ord. Cam. p. 2. t. 12. §. 21. seqq. Est autem proclama citatio non comparentis per pedellum, dum Sententiam, ex Sententiarum libro exscriptam, in ambulacro recitat, additis verbis: zum erstenmahl, zum andernmahl, zum drittenmahl. Post decretum, utut nondum peractum, proclama contumax prius non auditur, quam contumaciam purgaverit, solvendo pedello den Ruff-Gulden, 20. Batziorum.

l) Communicatio exhibitorum in Camera non decernitur. Sed Procurator exhibitum in publica audientia (ubi Judex aut Præses capite tecto cum duobus Assessoribus in scamno elatiore sedent, Protonotarius autem, Notarius & Lector tabulæ assident) per pedellum Protonotario in duplo exhibet. Protonotarius præsentationis die utri-

utrique exemplari inscripta, alterum in eadem audientia procuratori partis adversæ per pedellum una cum copia recessus viva voce prælecti communicat, alterum ad acta registrandum lectori tradit.

m) Referentem & Correferentem Judex Cameræ nominat, & quidem alium præcise, quam qui extrajudicialiter processus decrevit. In judicio Aulico Referens & Correferens inter se communicant. Vid. 17. *a*. At in Camera Referens de Correferente, priusquam acta referuntur, nullam notitiam habere debet.

n) Quemadmodum Judicium Aulicum commissionem ad exequendum decernit, ita Camera dat mandata de exequendo ad magistratus vel Circuli Duces, executorialia autem ad partem victam præmittuntur.



CAPUT II.

DE Processu Citationis.

§. VI.

a) PRocessus seu disceptatio rei controversæ in Judicio Aulico est vel primæ instantiæ vel secundæ. Instantia est exercitatio judicii a querela usque ad sententiam.

b) In prima instantia proceditur vel modo ordinario per citationem, de quo h. l. vel summario

mario per mandatum, rescriptum &c. de quibus infra §. 23.

c) Processus citationis vocatur etiam simplicis querelæ, in oppositione *tum* ad appellationem, ubi querela est duplex, contra partem & contra judicem: *tum* ad mandatum, ubi querela est qualificata. Ord. Cam. part. 3. tit. 4. & 12. Ludolf. de jur. Cam. p. 22.

d) Normam, juxta quam in dictis processibus procedendum, præbent Ordinationes Judicii Aulici & Cameralis, nec non Recessus Imperii.

§. VII.

a) Supplica pro citatione pariter ac reliqua exhibita, in Camera ad Judicem Cameræ, in Judicio Aulico ad ipsum Imperatorem ab implorante dirigitur.

b) Præmittitur in supplica brevis ac concinna
N. 1. facti species, &, quantum fieri potest, per ad-
usque juncta documenta probatur, addita tamen pro-
11. testatione, de iisdem in solis passibus utilibus agnoscendis.

c) Subjungitur medium concludendi, seu injustitia adversarii, quæ si ex jure communi deducitur, illud breviter saltem attingendum, sin ex jure speciali, statuto &c. deducendum ac probandum.

d) Porro jurisdictionem vel ob rei immedietatem, vel causæ qualitatem, * vel continentiam

* Nam & mediati coram summis tribunalibus in prima instantia conveniri possunt ob causas fiscales,

tiam * esse fundatam memoratur, atque, si opus, breviter deducitur.

e) Tandem additur petitum, quod præcise debet esse directum ad condemnandum reum, Conc. Ord. Cam. part. I. tit. 34. R. I. N. §. 34. prætereaque addi, quod actor narrata supplicationis (sicut appellans acta priora) in termino citationis loco libelli repetere velit, e. c. hac formula: Anwald bittet, seinem Principalen wieder N. eine Citationem ad videndum exigi debitum, darin derselbe vor diesem allerhöchsten Gerichte zu erscheinen gewiesen werde, um zu sehen und hören, wie er zu Bezahlung obbesagten Capitals der = = = = fl. nebst allen verfallenen und künfftig zu verfallenden Zinsen, auch Unkosten und Schäden, verurtheilet werde, allergnädigst zu erkennen, auch also zu condemniren und verdammen, gestalten zu solchem Ende Anwald narrata citationis loco libelli, denn die adjuncta loco probatorialium, cum reservatione ulteriorum, si opus, in primo termino zu repetiren sich erbietet. **

f) Si

les, fractæ pacis publicæ, & religiosæ, aut si subditus a suo domino convenitur. Conf. 27. a. & Ord. Cam. part. 2. tit. 20.

* Sic si plures correi diversos habent judices aut Austregas, statim ad summum omnium communem judicem itur. R. I. 1600. §. Bey unsern seq. Ord. Cam. parc. 2. tit. 21. §. 2.

** In Camera Wetzlariensi pro citatione Supplicans simul petere debet præfixionem termini legalis ad agendum super exceptionibus. Vid. Decr. Comm. 1659.

N.12. *f*) Si Agens vel Procurator supplicat, procuratorium addere vel de rato & mandato cavere tenetur.

N.13. *g*) Atque tunc praxis hanc productionem usque ad conclusionem in causa admittit. *

h) Producuntur mandata procuratoria in duplo, unum exemplar ad acta reponi, alterum parti adversæ communicari decernitur.

i) In Judicio Aulico ad singulas causas separata mandata exhibentur. In Camera unum ad omnes causas, cujus transsumtum vidimatum singulis causis adjicitur.

k) Pauper, seu qui jurare valet, se ultra 2000. fl. in facultatibus non habere, R. I. Nov.

N.14. §. 114. supplicæ suæ jungit documentum paupertatis, a magistratu vel parocho ac vicinis ac-
15. ceptum.

1659. d. 13. Dec. §. 4. Atque hic terminus in citatione secuta sequenti modo præfigitur: **Denn bestimmen Wir allerseits zu Ubergebung derjenigen gerichtl. Handlungen, welche nach der** in primo termino **verübter Nothdurfft vermög der Ordnung und jüngern Reichs-Abschied ferner einzubringen sich gebühren mag, Zeit 3. Monath** pro termino legali. In supplica pro mandato S. C. hæc termini præfixio non petitur, quia ibi non præcise excipiendum, sed paritio docenda. In Judicio Aulico in nullo plane processu termini legalis præfixio petitur, quia ibi singula exhibita sub termino, plerumque bimestri, seorsim communicari decernuntur.

* In Camera jamdum in termino reproductionis mandatum exhiberi debet, quia ibi nihil sine mandato licet reproducere, etiamsi ad cautionem procurator se offerat.

ceptum, & supplicat pro clementissime admittendo ad beneficia pauperum, nimirum ut Agens ex officio constituatur, & in Cancellaria gratis omnia expediantur.

l) Desuper decernitur:

Cum inclusione exhibiti sub præs. rescribatur magistratui N. (cujus subditus est Supplicans) vel der Ritterschafft N. (cujus est membrum) hierauf sowohl was die Haupt-Sache, als Supplicantens Armuth, betrifft, umständlichen und gründlichen Bericht an J. K. M. zu Fassung fernerer Kayserl. Entschliessung in term. 2. mens. gehorsamst zu erstatten.

m) Ex Relatione accepta si apparet, Supplicantis petito esse annuendum, decernitur: Admittatur Supplicans ad juramentum paupertatis; simulque Agens; qui causam ipsius curet, nominatur.

In Camera:

Ist Supplicanten sein Begehren zugelassen.

Vel

Ist Supplicant zum Juramento paupertatis hiemit gelassen, und sind diejenigen, an welchen die Ordnung, zu Advocaten und Procuratoren ihm zugeordnet.

§. VIII.

a) Rubrica ita concipitur:

An Jhro Römisch Kayserl.
auch zu Hispanien, Hungarn und Böheim
Königliche Majestät
allerunterthänigste Supplica.

In judicio Camerali omisso titulo simpliciter ponitur :

Unterthänigste Supplica.

e. c. pro clementissime decernenda citatione
ad agnoscendum partum.
ad exhibendum filium vel subditum injuste detentum.
ad videndum se condemnari ad præstanda alimenta.
exigi Salarium & honestam dimissionem.
dari curatorem ad litem ex officio.
se exonerari a tutela.
vindicari prædium, domum &c.
se declarari heredes, edi legalia inventaria, atque immitti pro quota in bona hereditaria.
super turbata vel litigiosa possessione.
(ubi & sequestratio peti potest. Conf. R. I. 1512. §. 57. Und nachdem & Ord. Cam. part. 2. tit. 21.)
super pignorationibus auf die Pfandungs-Constitution vid. 27. b.
ad restituendum depositum, commodatum.
ad adimplendum contractum.
ad videndum exigi debitum, legatum &c.
se immitti & præferri.
se condemnari ad indemnisationem,

&

& liberari a prætensa fidejussione, seu super Lege si Contendat.
reddi rationes, & dividi bona communia.
rescindi transactionem, divisionem hered.
revocari feudum contra pacta, leges, vel in fraudem creditorum alienatum.
uti jure retractus & deponi pecuniam.
condici indebite solutum, chartas blancas &c.
super damno & injuriis.
super L. Diffamari, (ubi solius diffamati immedietas, inprimis vero prævia diffamationis demonstratio aliqualis requiritur.)
ad videndum recipi libellum in petitorio.
confirmari contractus, transactiones.
deduci ordinarium possessorium.
describi instrumenta.
ad edendum documentum commune.
ad assistendum liti & præstandam evictionem.
ad reassumendum.
ad videndum fieri cessionem bonorum.
deduci jus præferentiæ seu jura prioritatis.
restitui adversus laudum arbitri.
fieri reductionem ad arbitrium boni viri.
deduci nullitates.
se relaxari a præstito juramento ad effectum agendi. (Semper tamen ante decretam hanc citationem magistratui rescribitur pro informatione.)
cassari juramentum Urphedæ. (Cujus exemplar adjiciendum. In judicio Cam. ex sola causa civili, in Aulico etiam ex

 eri-

criminali Urpheda relaxatur C. O. C. p. 2. t. 26. §. fin.)

se incidisse in pœnam banni, fractæ pacis publicæ, religiosæ it. Legis e. c.
L. 19. C. de hæretic.
L. 5. C. de jurisdictione.
L. ult. C. de in jus voc.
L. 7. C. unde vi

ad videndum se incidisse in pœnam compulsorialibus vel privilegio insertam, (quo casu privilegii copia apponenda atque de ejus insinuatione docendum.)

b) Tandem additur nomen actoris & rei hoc modo:

	Implorantischen Anwalds
	In Sachen:
Mit Beylagen sub Litt. vel Num.	Contra N.
In Camera addit Procurator Exhib. d.	debiti
	In Camera hujus loco procurator suum nomen ponit:
	Dr. N.

Semper in rubrica nomen impetrantis (appellantis, revidentis *) præponitur, ubi nihilominus, an exhibitum nomine impetrati confectum, per-

* Hinc nomen rei, quod in citationis processu postponebatur, in revisione præponitur, vel, quod præstat, ita ponitur: In Sachen A. contra B. sententiæ, nunc vice versa revisionis, in specie den punctum cautionis betreffend &c.

perspicitur ex verbis Impetraten (Appellaten) Anwalds, item: *Prætensæ* appellationis, *prætensi* mandati &c.

§. IX.

a) Petitum formatur in rei vindicatione: Zu erkennen, daß Klägern die quæstionirte Güter eigenthümlich zuständig, und derselbe also vor den Eigenthums-Herrn zu erklären, Beklagter aber zu denen Abtretung zu verurtheilen.

b) In actione revocatoria ex jure retractus petitum non ad rescissionem contractus dirigendum, tunc enim venditori res foret restituenda, sed: Daß Beklagter die contra privilegia Cæsarea, & pacta Familiæ, ausserhalb der Familie, & corpus equestre, wiederrechtlich und unbefugter Weise alienirte und an sich gekauffte Stücke, ohne Aufenthalt und unentgeltlich cum fructibus perceptis & omni causa abzutreten und einzuraumen schuldig. Si nimirum bona alienata sunt feudalia vel familiæ fideicommissa. Si vero sunt allodialia, pretiumque refundendum, petitur: Den errichteten Kauff- und Cessions-Brief nebst dazu gehörigen Quittungen und Urkunden intra brevem terminum, um daraus den eigentlichen Kauf-Schilling, und wie solcher bezahlt, mithin was davon zu refundiren sey, zu ersehen, ohnverweilt zu ediren, und hierauf gegen Empfang des letztern benannte Stücke cum fructi-

bus perceptis & omni causa abzutreten und einzuraumen.

b) Super privatione emphyteuseos, commissae ob alienationem sine domini consensu: Daß Beklagter a tempore alienationis perfectae des Erbzins-Guts verlustigt worden, und selbiges samt denen hernach genossenen Nutzungen abzutreten schuldig.

c) In actione confessoria: Daß Kläger bey seiner wohlhergebrachten Hut-Gerechtigkeit und possessione vel quasi von Beklagten in Ruhe zu lassen, und nicht zu turbiren, fort dieser zu Ersetzung des hiedurch verursachten Schadens cum interesse, wie nicht weniger ad cautionem de in futurum non impediendo, zu verdammen, idque cum expensis.

d) In negatoria: Oberwehnten Wald a servitute pascendi frey zu erkennen, und daß Beklagter von sothaner unbefugten Viehhut abstehe, und sich hinfüro solcher vor sich und seine Erben enthalte, deshalben gebührende Caution bestelle, wie nicht weniger den hierdurch erlittenen Schaden cum interesse atque expensis erstatte.

e) In hereditatis petitione: Daß Kläger vor des verstorbenen N. Erben zur Helffte zu erklären, und Beklagter die von ihm hinterlassene Erbschafft mediante jurato inventario pro rata heraus zu geben, und cum omni causa zu restituiren verdammet werde.

f) In

f) In actione fideicommissaria: Daß Beklagte auf Klägers ex L. fin. C. de fideic. erhobene Klage sich gebührend einlassen, und in unverhofftem Läugnungs-Fall ihr Gewissen, Wissenschafft und Wohlbewust, dahin dieselbe eventualiter gestellet wird, vermittelst Eydes eröffnen, und ferner rechtlicher Erkäntniß daruber gewärtig seyn sollen.

g) In mutuo sub pignore: Daß Kläger so lang und viel in die verschriebene Unterpfand N. einzusetzen, und dieselbe zu behalten befugt sey, bis er des Haupt-Guts sowohl als aller verfallenen Zins, Kosten und Schäden halber befriediget und bezahlt worden.

h) In possessorio adipiscendæ: Daß Beklagter die Possession des N. Klägern einzuraumen oder einzuhändigen schuldig, NB. nicht: zu restituiren, quod proprium interdicto recuperandæ.

i) Immissio ex L. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. die Immission in bona defuncti testatoris, ubicunque illa sita, gnädigst zu erkennen.

k) Recuperandæ possessionis: Daß Beklagter nicht befugt, Klägern eigenthätig seines Besitzes zu entsetzen, sondern dieselbe zu restituiren und wieder abzutreten schuldig.

l) Retinendæ, in specie possessorio ordinario: Daß Kläger bey der wohlhergebrachten possession vel quasi zu manuteniren, sodann Beklagtem alle turbation nachdrücklich zu inhibiren, fort denselben dahin anzuweisen, daß er von aller Verhinderung inskünfftige

 abstehe,

abstehe, cautionem de inposterum non turbando stelle, wie nicht weniger das weggenommene Vieh cum damno, interesse & expensis restituire.

m) In Summariissimo: Beklagtem alle turbation zu inhibiren, und denselben ad cautionem de inposterum non turbando zu condemniren, Klägern aber provisionaliter in possessorio summariissimo vel quasi zu manuteniren. Expensæ prudenter omittuntur. Neque accuratiores ponunt: daß Beklagtem nicht geziemet, (nam hoc petitorium sapit) Klägern in possessione vel quasi der Hutungs-Gerechtigkeit zu N. zu turbiren. Sed potius: daß er daran zu viel und unrecht gethan, derowegen ins künfftige davon abzustehen und deßhalb gnugsam zu caviren schuldig.

n) Super debito: Daß Beklagter Klägern die libellirte 1000. fl. cum interesse moræ atque expensis zu bezahlen schuldig, und darin zu verurtheilen.

o) Super Cambio, qui tamen processus est summarius & executivus: Kläger fordert von Beklagten Recognition des Wechsels (ne addatur sub pœna recogniti, tunc enim nova declaratione opus) nach deren Erfolg aber bittet Kläger, Beklagten zu Bezahlung des Capitals, Interesse und Unkosten, nach Wechsel-Recht anzuhalten.

p) In actione tutelæ: Ein vollständiges Inventarium aller befundenen Mobilien und Immobilien, Schulden und Gegenschulden, herbey

zu

zu bringen und vorzulegen, und denn seiner geführten Vormundschafft halber gebührend vollkommene Rechenschafft und Antwort zu geben, wie nicht weniger deren Defecten, und durch seine Nachlässigkeit verursachter Schäden wegen, mit Abtrag causirter Kosten, Erstattung zu thun.

q) In actione Pauliana: Daß Beklagter das Vorwerck N. nebst allen Zubehörungen cum omnia causa wieder abzutreten schuldig, Kläger aber samt Tirii übrigen Gläubigern seiner Forderung halber sich daran zu erholen wohl befugt.

r) In actione injuriarum: Daß Beklagter daran zu viel und unrecht gethan, daher Klägern vor Gericht eine öffentliche Abbitte und Wiederruff zu thun, Revers auszustellen, und Cautionem de non amplius injuriando vel offendendo zu leisten, auch alle Unkosten zu erstatten schüldig.

s) In actione criminali: Daß Beklagter durch diese N. That in die pœn dem N. Gesetz einverleibt gefallen und darin zu verdammen.

t) Ex L. Diffamari: Daß Beklagter und Diffamant solche seine diffamation und berühmte Forderung in term. 2. mens. zu beweisen (oder seine Klage anzustellen) schuldig, in Verbleibung dessen aber ihm ein ewig Stillschweigen auferlegt, er auch in die dießfalls verursachte Unkosten verurtheilet werde.

u) Ex L. si contendat: Bittet citationem ex L. si contendat förderlichst zu erkennen und mit-

telst derselben sub brevi termino Provocaten und Beklagte deutliche Einlaßung und Antwort auf die Exceptiones aufzuerlegen, nach deren Erfolg aber in Recht zu erkennen und auszusprechen: Daß Provocant mit seinen angeführten Exceptionibus wieder des Provocaten Anspruch an dem erkaufften und wiedergelöseten Hause gnugsam gesichert, derowegen er dabey billig zu schützen, und ihm damit nach eigenen Gefallen es zu halten frey gelassen, Provocat aber die verursachte Unkosten Klägern zu erstatten schuldig.

v.) In cessione bonorum petenda citatio creditorum specifice a Supplicante nominatorum & (si nonnulli ignoti) quorumcunque interesse habentium, horum quidem edictalis, illorum ad domum: Wieder A. B. C. D. E. als Anwalds Principalens Creditores, sodann contra quoscunque interesse habentes citationem resp. ad domum & edictalem, um selbige zu F. G. H. zu affigiren, ad videndum se admitti ad cessionem bonorum, auch resp. so viel die letztere betrifft, ad liquidandum, denn einen salvum conductum pœnalem in optima forma förderlichst zu erkennen, und ferner, daß Anwalds Principal zu obbegehrter Cession und Abtretung seiner Güter zu lassen seye, mit Urthel und Recht auszusprechen und zu erklären.

w) Super relaxatione juramenti ad effectum agendi: Supplicanten von den übel erzwungenen End und Pflichten (Urpheden) ad effectum agendi, und zu Verfolgung rechtlicher gebührlicher Nothdurfft, zu absolviren und zu erledigen,

so

so dann gewöhnliche Citation c. c. super injuriis damnoque dato gegen Beklagten als ohne Mittel E. K. M. unterworffen, allergnädigst zu erkennen und mitzutheilen. Vel, si prævia causæ cognitione opus: allergn. Ladung wieder Beklagten zu erkennen, allhier zu erscheinen, zu sehen, und zu hören, Klägern von den abgedrungenen Gelübden, Eyden und Urpheden, zu absolviren, und zu gebührlichen Rechten zu lassen.

x) Error si in Supplica commissus, alia potest produci juncto petito pro demandanda retraditione exhibiti de - - - Ubi decernitur:

Fiat petita retraditio exhibiti,

Vel

Hat das Begehren in puncto retraditionis des allbereit communicirten (vel ad communicandum decretirten) exhibiti de præs. - - nicht statt.

y) Adjuncta, quæ supplicæ non statim jungi potuerunt, ex intervallo offerre licet exhibendo productionem adjunctorum sub Num - - - *N.* 16. ad exhibitum de præs. - - - juncto petito pro clementissima eorum ad acta positione.

z) Si retardatur resolutio ad Supplicam, exhibetur monitorium, vel Supplica pro clemen- *N.* 17. tissime impertienda vel maturanda resolutione ad exhib. de - - - & decernenda ibidem petita citatione.

aa) Deperdita si fuit supplica, aliudve exhibitum, illud per Conclusum jubetur reex- *N.* 17. hiberi. b.c.

§. X.

§. X.

a) Implorantis petito si judicium Aulicum
N. 18. annuendum censet, decernitur:

Fiat petita citatio sub term. 2. mens.

Sin illud denegatur, pronunciatur:

Hat das Begehren nicht statt. Item: Wird Supplicant von hier ab- und ad forum Austregarum verwiesen.

Vel cum indignatione:

Werden Supplicanten die exhibita sub præs. nebst ernstlichem Verweis hierinfalls verübten Ungebühr durch den Thürhüter zerrissen wieder hinausgegeben.

Vel interlocutorie:

Würde Supplicant jurisdictionem besser fundiren, erfolgt ferner Bescheid.

Würde Supplicant sich besser legitimiren, und die angegebene Cession bescheinigen, ergehet ferner was Rechtens.

Werden Supplicanten die exhibita sub præs. mit dem Anhang wieder hinaus gegeben, daß selbige von allen darin enthaltenen ungeziemenden Anzüglichkeiten zuvorderst gereiniget, und sodann zu Fassung weiterer Kayserl. Verordnung wieder reexhibiret werden sollen, nebst der ernstlichen Verwarnung, sich hinkünfftig aller anzüglich- und injurieusen Red- und Schreib-Art, so ihm in Kayserlichen Ungnaden verwiesen wird, bey Vermeidung schärffern Einsehens, vel: so gewiß gäntzlich zu enthalten, als sonst bey ferner zu Schulden kom-

kommenden dergleichen Übertretung schärf-
fere und nachdrücklichere Ahndung wieder
selben vorzunehmen. *

b) In Camera simpliciter:
Erkannt vel Abgeschlagen.
Decernimus Denegamus.

Aut si vitium in narratis latet, & corrigi potest:
Auf vorgebrachte narrata abgeschlagen.

Sin in petito.
Wie gebeten abgeschlagen, vel
Noch zur Zeit abgeschlagen. Würde
aber Supplicant &c. dieß besser beschei-
nigen, so ergehet ferner Bescheid.
Ist die gebetene Citatio ad &c. erkannt,
übriges Begehren abgeschlagen.

c) Diriguntur citationes in summis tribuna- *N.* 19.
libus ad totam causam, singulosque ejus actus, 20.
secus ac jure communi, quo ad quemvis actum,
qui causæ cognitionem requirit, specialis citatio
est necessaria.

d) Citationibus (ut & mandatis) in Judicio
Aulico decretis totum factum in supplica narra-
tum inseri solet. At in Judicio Camerali inde
a condito 1713. novissimo visitationis recessu
quoad

* In Concluso si forsan calami error notabilis com-
missus (prout aliquando Denegantur pro Decer-
nuntur, Appellant pro Appellat positum recordor)
exhibetur allerunterthänigste Anzeige vorgegan- *N.* 18.
genen Verstosses ad Concl. de - - - juncto pe- b.
tito pro ejusdem emendatione & transscriptione.

quoad factum saltem præmittitur remissio ad inclusam supplicam. *

e) Posteaquam citatio ad impetrantis instan-
N. 21. tiam in Cancellaria est expedita, impetrans curet, illam insinuari vel per Notarium ad domicilium impetrati sive citandi, vel, quod præstat, per
N. 22. janitorem partis adversæ Agenti; quippe Agen-
23. tes propter mandatum generale, quod in alia causa produxerunt, omnia Principalibus suis insinuanda recipere, & Principalibus transmittere tenentur, nec se sub prætextu, quod desuper instructi non sint, excusare sinuntur, vi Decret. Commun. d. 11. Mart. 1709.

f) Mora in insinuando si committitur, pars adversa, cujus interest, causam maturari, exhibet Anzeige gegentheiliger moræ in insinuatione, juncto petito pro injungenda parti adversæ insinuatione sub pœna decretis Cæsareis inserta, aut pro re nata cassationis e. c. si mandatum aut rescriptum insinuandum.

g) Post annum à decreta citatione elapsum, citra factam ejusdem insinuationem, vires illa
N. 25. amittit. Atque tunc in Judicio Aulico pro nova citatione, in Camera pro citationis rescripto sup-
N. 26. plicandum, idemque in mandatis (atque re-
27. scriptis) obtinet.

§. XI.

* Electores citantur, ut compareant saltem per procuratorem, durch Dero gevollmächtigten Anwald: at Principes selbst oder durch Dero gevollmächtigten Anwald. Stylus Cameralis voculam selbst etiam in Principum & Comitum citationibus omittit.

§. XI.

a) In primo termino, qui reproductionis vocatur, ac solet esse bimestris, * a die insinuationis computandus, impetrans sive actor ** si mandatarius est, ac procuratorium *** jamdum accepit, illud in duplo exhibet, unum exemplar ad acta poni, alterum parti adversæ communicari petit, de facta citationis insinuatione per documentum janitoris docet, ipsam citationem reproducit R. I. N. §. 35. ejusdem narrata loco libelli repetit, (quæ repetitio loco litis contestationis, & ideo necessaria putatur, quia actor ante litis contestationem non tam petiisse, quam petere voluisse censetur L. 15. rem rat. hab.) documenta pariter, quibus actio innititur, quæque supplicæ nondum fuere addita, in hoc reproductionis termino vel originaliler vel in copiis authenticis producit. Decr. Comm. d. 11. Jun. 1674. denique exceptionum, quas reus forsan pro- *N. 28.*

* Prorogationem termini reproductionis regulariter actor petere non debet. Si tamen gravis demonstrari potest causa; in ipsis quoque mandatorum causis supplicare licet pro concedendo termino bimestri ad reproducendum emanatum mandatum.

** In Camera Principales ipsi, sive actoris sive rei partes sustineant, comparere aut agenda peragere non sinuntur, sed nemo, nisi Procurator sit, admittitur, utut in citatione adhiberi soleant verba: Selbst oder durch gevollmächtigten Anwald zu erscheinen.

*** Procuratorium tum a principali, tum a substituto Agente jurato (Decret. Comm. d. 15. Oct. 1665.) debet esse subscriptum, ac præterea à Principali sigillatum.

produxit, communicationem, in earum autem defectu processus in contumaciam petit, ut scil. lis pro contestata, **** libellus pro confessato, documenta pro recognitis accipiantur, aut, quod frequentius, actor ad ulteriora admittatur.

b) Reus seu impetratus in primo termino tuto * emanet, quia processus in contumaciam non decernuntur, nisi alius adhuc ex officio terminus præjudicialis, ac tandem alius ultimatus fuerit datus.

c) Potest tamen reus, si vult, termini pro-
N. 29. rogationem petere. Caveat tamen, ne hoc faciat, si ipsi competunt exceptiones fori declinatoriæ. His enim, termini prorogationem peten-

**** Non satis accurate in reproductionis termino petitur, ut causa ex officio in contumaciam pro conclusa acceptetur & definitive pronuncietur. Nam jure communi lite nondum contestata, adversus reum contumacem causa non definitive deciditur, sed proceditur ad immissionem ex primo decreto propter absentiam L. 2. Dig. quib. ex caus. in poss. Auth. Et qui jurat C. de bon. aut jud. poss. Quæ via immissionis licet R. I. N. §. 36. abrogata, negotii tamen indoles postulat, ut lis prius pro contestata, quam causa pro conclusa acceptetur.

In Camera actor contra reum emanentem petit proclama. Quo obtento, post sex juridicas petit litem pro contestata in contumaciam acceptari, seque ad ulteriora admitti. Judex supplicantis petito defert. Perseverante rei contumacia, actor proclama iterum petit, & post sex ab eodem decreto juridicas causam pro conclusa acceptari & acta in contumaciam referri petit.

* In Camera sub levi præjudicio des Ruff-Guldens.

tendo, adeoque judicem agnoscendo, tacite renuntiasse censetur. *

d) Ubi prorogatio termini petita, licet conclusum vel decretum haud fuerit secutum, tamen sub finem prorogationis agendum, Decret. Comm. d. 17. Apr. 1665.

e) Prorogatio prorogationis non aliter quam impedimento demonstrato conceditur. N. 30.

f) Quodsi vero reus comparere satius ducit; exceptiones suas proponit, & quidem fori declinatorias solas, si iisdem satis confidit, e. c. N. 31. incompetentis judicis, primæ instantiæ, fori privilegiati.

g) Si vero exceptiones dilatorias e. c. inepti libelli, termini angusti, illegitimationis, opponit, simul in primo termino litem contestari, ac peremtorias exceptiones subjungere debet, R. N. 32. I. N. §. 37. seqq. 33.

h) Dirigitur petitum in exceptionibus ad absolutionem a citatione & condemnationem in expensas, quandoque & ad cautionem de non amplius turbando vel molestando: Daß Beklagter von ausgegangener Ladung zu befreyen,

* Suo damno id experta est domus Saxo-Isenac. & Meinungensis, in processu, quo Abbas Fuldensis oppignoratas præfecturas Saltzungen & Lichtenberg reluere intendit. Cum enim Saxones primi termini prorogationem peterent, postmodum autem exceptionem Austregarum opponerent, hæc a Judicio Aulico inter alia propter forum per prorogationis petitionem jam agnitum fuit rejecta.

Kläger aber Beklagtem die Gerichts-Kosten nach rechtlicher Ermässigung zu erstatten verurtheilet werde.

i) Addi solent clausulæ generales de utilibus ac proficuis libelli acceptandis, super nocivis autem in genere protestatio interponitur, ac quævis competentia reservantur. Post specialium refutationem monetur, nil concedi tacendo, vel reliqua non specialiter refutando, sed iis per generalia juris & facti contradici. In fori declinatoriis protestatio interponitur, de non consentiendo in forum, aut prorogando jurisdictionem, nisi quatenus & in quantum, item, quod merita causæ solius informationis causa, non vero animo se intromittendi, coram hoc foro tangantur.

k) Ad exceptiones a reo oblatas si judex resolutionem moratur, reus, cujus forsan interest, causam maturari, supplicat pro maturanda resolutione.

N. 33. b.

§. XII.

a) Si uterque & actor & reus in primo seu citationis & reproductionis termino emanet, terminus circumducitur, & citatio enervatur, ita ut, si actor prosequi actionem velit, novam impetrare citationem teneatur.

b) Ulteriores termini neglecti non circumduci, sed purificari dicuntur, quia per eorum neglectum purificatur conditio, quæ tacite iis inest, ut, nisi tunc agatur, via agendi debeat esse præclusa, Dec. Comm. d. 17. Apr. 1665.

c)

c) Anticipari citationis seu reproductionis terminus nequit, bene tamen reliqui.

§. XIII.

a) Judex seu Referens post elapsum reproductionis terminum, si actor eum neglexit, citationem pronuntiat extinctam.

Wird die Citation oder ausgegangen Proceß vor gefallen erkannt.

b) Si reus eum neglexit, ex praxi & contra R. I. N. §. 97. & Decr. Comm. 1660. d. 20. Octobr. & 1665. d. 17. Apr. decernitur:

Detur ex officio terminus 2. mens. ad excipiendum.

c) Quem si denuo negligit:

Detur adhuc terminus 2. mens. ad excipiendum sub præjudicio, quod alias lis pro contestata debeat acceptari, & actor ad ulteriora admitti. (Non autem: libellus pro confessato acceptari. Nam actore non probante, etiam reus contumax absolvitur.)

d) Sin reus prorogationem termini petit:

Detur petitus terminus 2. mens. ad excipiendum.

e) Si iterum:

Detur adhuc term. 2. mens. ad excipiendum sub præjudicio, seu pœnâ præclusi.

f) Et denique tertiâ vice:

Detur adhuc terminus 2. mens. ad excipiendum, sed ultimatus, & sub priori præjudicio.

Ubi reus termini prorogationem impetravit, actor vero illud ignorans rei contumaciam accusat, decernitur:

Remittatur Supplicans ad Conclusum de - - -

g) Si reus exceptiones declinatorias satis fundatas adducit:

Remittatur actor ad forum competens.

h) Sin dubias:

Communicentur sub term. 2. mens.

Si plane irrelevantes: Werden die am - - eingegebene exceptiones fori declinatoriæ als unzuläßig verworffen, und Impetraten zu Einbringung dessen, was er auf vorgebrachte Klage sonst mit Recht einzuwenden haben möchte, term. 2. mens. anberaumet.

i) Si solas dilatorias opponit:

Restituantur exceptiones reo, ut simul in causa principali agat sub pœna præclusi, quo facto sequetur quid juris. R. I. N. §. 37. 69.

k) Si negative litem contestatur:

Communicentur exceptiones ad replicandum sub term. 2. mens.

Vel

Rejecta exceptione fori præventi & litis pendentiæ communicentur reliquæ exceptiones parti impetranti ad replicandum sub term. 2. mens.

§. XIV.

a) Termino ad replicandum elapso actor aut prorogationem petit, aut replicas exhibet.

b) Reus de insinuatis exceptionibus docet, repli-

replicarum, si fuerint exhibitæ, communicationem, aut in earum defectu processum in contumaciam, h. e. in processu citationis actorum inrotulationem petit, idque toties repetit, quoties terminus prorogatus & lapsus fuerit.

c) Nemine agente terminus purificatur.

d) Circa replicarum elaborationem breviter tenendum, quod præmitti iis soleat in Judicio Aulico gratiarum actio pro clementissima exceptionum communicatione, quæ tamen in Judicio Camerali omittenda, quia ibi non decernuntur exhibitorum communicationes, sed illa a Procuratoribus sibi invicem per pedellum durante publica audientia communicantur. *N. 34.*

e) Rei comparitionem actor acceptat, *extra* tamen *protestationem*, si nimirum reus in exceptionibus protestationem interposuit de non consentiendo in forum.

f) Postea actor suam intentionem optime fundatam, nec per rei exceptiones elisam ostendit, petitum repetit, ac, si ulteriore probatione non opus, statim submittit, R. I. N. §. 52.

g) Si vero ulteriore probatione opus, ad peragendam documentorum recognitionem, vel testium examen super additis articulis probatorialibus cum nominibus testium ac directorio, Commissionem petit. *N. 35.*

§. XV.

a) Si Commissio est Aulica, Hof-Commission, i. e. in ipso Consilio Imperii Aulico documenta recognoscenda, vel testes examinandi, decernitur:

1. Communicentur documenta vel articuli cum directorio parti adversæ.
2. Deputentur Consiliarii Imperiales Aulici N. & N. (duo) tanquam Commissarii, cum Secretario causæ, ut audiant testes, vel intersint recognitioni documentorum.

b) Sin Commissio in loco extraneo peragen-
N. 36. da, Supplicans, dum articulos offert, Commissarios nominet, eosque impartiales esse addat, alias decernitur:

Si Supplicans articulos relevantes exhibuerit, aut testes cum directorio aut Commissarios nominaverit, sequetur quod juris.

N. 37. *c*) Ubi vero hæc rite a Supplicante observata, decernitur:

Sind N. und N. samt und sonders zu Commissarien ad (perpetuam rei memoriam vel) examinandos testes nominatos erkannt, und dem Bekl. einen unpartheyischen Notarium dabey zu adjungiren vorbehalten.

Vel

Fiat Commissio in NN. cum clausula: Conjunctim & singuli sive seorsim, & cum inclusione articulorum & directorii testium examinandorum, ita tamen ut adversario liceat adjungere Notarium impartialem & sua interrogatoria exhibere. R. I. N. §. 47.

d) Vocatur hæc Commissio in forma *communi*

muni, ſi ad teſtes examinandos; *in meliori*, ſi ad documenta transſumenda; *in optima*, ſi ad utrumque decernitur. Blum. Proc. Cam. tit. 73. §. 44. Rec. Dep. 1600. §. Wir erklären.

e) Commiſſarii, ſumto in partium præſentia a teſtibus juramento, receptisque interrogatoriis, eadem, partibus remotis, num admiſſibilia aut criminoſa ſint, conſiderant, teſtes ſeorſim vocant, primum ſuper interrogatoriis generalibus, deinde ad ſingulos articulos interrogant, reſponſa Secretarius vel Actuarius curate notat, prælegit, porro proponit partis adverſæ interrogatoria ſpecialia ſuper quovis articulo, ad eadem reſponſa notat ac prælegit, tandem ſilentium imponit, omniaque rotulo comprehendit. *N.* 38.

f) Eodem modo, ſi reus Commiſſionem ad teſtes examinandos petit, proceditur.

g) Si impetrans teſtium depoſitionem publicari petit, decernitur:

Communicetur parti adverſæ, ut intra octiduum ſe deſuper declaret.

quia cuique parti eſt liberum, articulos additionales vel reprobatorios exhibere.

h) Ad ulteriorem petentis inſtantiam ſi adverſarius nil opponit, decernitur:

Fiat publicatio edictorum vel atteſtatorum cum præſcitu partis adverſæ.

i) Octiduo poſt hujus concluſi inſinuationem Secretarius rotulum deſcribi, & erga jurium ſolutionem partibus communicari curat.

k) Rotulo extraneo ſi tanquam nulli adverſa-

rius contradicit, & contra eum protestatur, ejus publicatio intermittitur.

l) Probationes ex testium examine elicitas, replicisque insertas, ubi actor exhibuit, decernitur:

Communicentur Replicæ sub term 2. mens. ad duplicandum & (si jam submissum ab actore) pariter submittendum.

§. XVI.

N. 39. *a*) Duplicis, in quibus submissum, exhibitis decernitur:

Communicentur ad notitiam, quo facto inrotulentur acta.

b) Sin nova in iis adducta, nec referens decrevit communicationem, um sich allenfalls super solis novis in term. 2. mens. vernehmen zu

N.40. lassen, petitur * ac conceditur venia triplicandi, quo ipso & quadruplicæ admissæ intelliguntur, quia reo in citationis processu ultima positio, ultimum verbum competit. Imo ad octuplicas processum memini.

c) Si duplicæ sine novis ac sine facta submissione exhibitæ, decernitur:

Communicentur duplicæ sub term. 2. mens. ad concludendum & submittendum.

N.41. *d*) Quo facto actor triplicat, & concludit sub clausula solenni: Salva ulteriori, si opus, probatione,

* In Camera extrajudicialiter, simul tamen procurator in judicio ad protocollum indicat, triplicas esse paratas & veniam easdem exhibendi extrajudicialiter petitam, juncto petito pro desuper reflectendo nec decernenda actorum relatione, antequam triplicæ actorum pars fuerint factæ.

bationе, vel: nisi quid novi, aut, quod præstat: nisi quid facti. Nec tamen ipse adjuncta addere potest, quia alias decernitur:

Rejectis novis adjunctis communicetur sub term. 2. mens.

e) Si vero nulla nova in triplicis continentur, decernitur:

Communicetur ad similiter submittendum.

f) Ubi actor de insinuatione triplicarum docet, petit simul communicationem adversariæ conclusionis, aut ut causa in contumaciam pro conclusa acceptetur.

g) Postquam vero reus quadruplicando submisit, decernitur: *N. 42.*

Communicetur ad notitiam; quo facto inrotulentur acta. *

h) Facta edoctaque insinuatione, ad cujusque partis petitionem dies ad inrotulanda acta per Conclusum nominatur, quod, si utraque pars inrotulationem petiit, a neutra insinuatur. Tenor dicti Conclusi talis solet esse: *N. 43. 44. 45.*

C 5 Fiat

* In Camera acta non inrotulantur coram partibus, sed a Lectoribus & Notariis complentur, & protocollum, seu actorum directorium ac repertorium, conficitur, quod solum filo compingitur, reliqua acta quadrangulatim componuntur. Optant nonnulli, ut ad imitationem Cameræ quoque in Judicio Aulico singulis actis directorium seu repertorium adderetur, sed, ut mihi videtur, præter necessitatem. Namque singulis Judicii Aulici Conclusis rubricæ & contenta singulorum exhibitorum præmittuntur, ut proinde ipsa illa Conclusa repertorii loco haberi queant. Vid. interim Reichs-Hof-Raths-Ordn. Tit. 3. §. 22.

Fiat nunc petita introtulatio actorum proxima die Lunæ, præsentibus Commissariis, & partium Procuratoribus.

Commissarii illi solent esse die zwey jüngsten Reichs-Hof-Räthe, einer von der Herrn-Banck, der ander von der Gelehrten.

i) Ante introtulationem expensæ specificandæ, Ord. Jud. Aul. tit. 7. §. 15. *

k) Ad majorem sententiæ promotionem licet utrique parti post causæ conclusionem Facti Speciem Consiliariis distribuere. In Camera eadem occlusa in sextuplo in Lectoria solet exhiberi, postmodum inter Assessores, qui relationi intersunt, informationis causa distribuenda. Rec. Visit. 1713. §. 71.

§. XVII.

a) Acta introtulata Præses referri jubet, postquam Referens & Correferens sibi extractum actorum & Facti Speciem absque voto invicem communicarunt.

b) Aliquando, suspensa relatione, amicabilis compositio tentanda decernitur, ad eamque duo Consiliarii Aulici denominantur.

c) Referens relationem ex confecto a semetipso actorum extractu peragit, R. I. N. §. 143. & quidem, si definitiva ferenda, in Consilio Aulico 8. minimum Consiliariis præsentibus, (in Camera 6.) si interlocutoria 5. si supplicatio decernenda 3. si expensæ taxandæ 2.

d)

* In Camera expensarum designatio non exhibetur ante sententiæ publicationem.

d) Ante omnia Referens speciem facti præmittit, statumque causæ exponit: Quoad forma- N. 46.
lia jurisdictionem satis esse fundatam monet, 47.
partes sufficienter legitimatas, in processu omnia rite observata, e. c. reum legitime citatum, litem contestatam, debite conclusum. Quoad materialia seu merita causæ, quænam actio sit instituta, ex libello, ejusque medio concludendi ac petito narrat, singulaque exhibita cum suis adjunctis, latisque desuper conclusis, recenset, tandem votum addit, ubi ante omnia statum controversiæ rite format, rationes dubitandi & decidendi addit, punctum expensarum simul resolvit, tandemque ipsam sententiam profert, quæ in Principales concipitur, nisi Procuratori vel Agenti aliquid faciendum interlocutorie injungatur, aut in mandatorum causis Procuratores de paritione docere jubeantur, vel denique Principales mortui & hæredes ignoti, quo casu & definitivæ in Procuratorem concipiuntur.

e) Reliqui Assessores suam pariter sententiam N. 48.
depromunt. Illam, quam votorum pluralitas 49.
probavit, Referens & Correferens subscribunt. 50.

f) Secretarius inter rubricas rerum resolutarum in ædibus suis appensas refert, ipsaque conclusa a se subscripta partibus erga honorarium dimidii floreni pro singulis bifoliis per Scribam tradi, pars vero conclusum adversario rite insinuari curat, quia terminus in concluso præfixus ab insinuatione currit.

g) In Judicio Camerali Judex cum Assessoribus in publica audientia pro tribunali sedens sen-

ten-

Kläger aber Beklagtem die Gerichts-Kosten nach rechtlicher Ermässigung zu erstatten verurtheilet werde.

i) Addi solent clausulæ generales de utilibus ac proficuis libelli acceptandis, super nocivis autem in genere protestatio interponitur, ac quævis competentia reservantur. Post specialium refutationem monetur, nil concedi tacendo, vel reliqua non specialiter refutando, sed iis per generalia juris & facti contradici. In fori declinatoriis protestatio interponitur, de non consentiendo in forum, aut prorogando jurisdictionem, nisi quatenus & in quantum, item, quod merita causæ solius informationis causa, non vero animo se intromittendi, coram hoc foro tangantur.

k) Ad exceptiones a reo oblatas si judex resolutionem moratur, reus, cujus forsan interest, causam maturari, supplicat pro maturanda resolutione.

N. 33. b.

§. XII.

a) Si uterque & actor & reus in primo seu citationis & reproductionis termino emanet, terminus circumducitur, & citatio enervatur, ita ut, si actor prosequi actionem velit, novam impetrare citationem teneatur.

b) Ulteriores termini neglecti non circumduci, sed purificari dicuntur, quia per eorum neglectum purificatur conditio, quæ tacite iis inest, ut, nisi tunc agatur, via agendi debeat esse præclusa, Dec. Comm. d. 17. Apr. 1665.

c)

c) Anticipari citationis seu reproductionis terminus nequit, bene tamen reliqui.

§. XIII.

a) Judex seu Referens post elapsum reproductionis terminum, si actor eum neglexit, citationem pronuntiat extinctam.

Wird die Citation oder ausgegangen Procefs vor gefallen erkannt.

b) Si reus eum neglexit, ex praxi & contra R. I. N. §. 97. & Decr. Comm. 1660. d. 20. Octobr. & 1665. d. 17. Apr. decernitur:

Detur ex officio terminus 2. mens. ad excipiendum.

c) Quem si denuo negligit:

Detur adhuc terminus 2. mens. ad excipiendum sub præjudicio, quod alias lis pro contestata debeat acceptari, & actor ad ulteriora admitti. (Non autem: libellus pro confessato acceptari. Nam actore non probante, etiam reus contumax absolvitur.)

d) Sin reus prorogationem termini petit:

Detur petitus terminus 2. mens. ad excipiendum.

e) Si iterum:

Detur adhuc term. 2. mens. ad excipiendum sub præjudicio, seu pœna præclusi.

f) Et denique tertia vice:

Detur adhuc terminus 2. mens. ad excipiendum, sed ultimatus, & sub priori præjudicio.

Ubi reus termini prorogationem impetravit, actor vero illud ignorans rei contumaciam accusat, decernitur:

Remittatur Supplicans ad Conclusum de - - -

g) Si reus exceptiones declinatorias satis fundatas adducit:

Remittatur actor ad forum competens.

h) Sin dubias:

Communicentur sub term. 2. mens.

Si plane irrelevantes: Werden die am - - eingegebene exceptiones fori declinatoriæ als unzuläßig verworffen, und Impetraten zu Einbringung dessen, was er auf vorgebrachte Klage sonst mit Recht einzuwenden haben möchte, term. 2. mens. anberaumet.

i) Si solas dilatorias opponit:

Restituantur exceptiones reo, ut simul in causa principali agat sub pœna præclusi, quo facto sequetur quid juris. R. I. N. §. 37. 69.

k) Si negative litem contestatur:

Communicentur exceptiones ad replicandum sub term. 2. mens.

Vel

Rejecta exceptione fori præventi & litis pendentiæ communicentur reliquæ exceptiones parti impetranti ad replicandum sub term. 2. mens.

§. XIV.

a) Termino ad replicandum elapso actor aut prorogationem petit, aut replicas exhibet.

b) Reus de insinuatis exceptionibus docet, repli-

replicarum, si fuerint exhibitæ, communicationem, aut in earum defectu processum in contumaciam, h. e. in processu citationis actorum inrotulationem petit, idque toties repetit, quoties terminus prorogatus & lapsus fuerit.

c) Nemine agente terminus purificatur.

d) Circa replicarum elaborationem breviter tenendum, quod præmitti iis soleat in Judicio Aulico gratiarum actio pro clementissima exceptionum communicatione, quæ tamen in Judicio Camerali omittenda, quia ibi non decernuntur exhibitorum communicationes, sed illa a Procuratoribus sibi invicem per pedellum durante publica audientia communicantur. *N.* 34.

e) Rei comparitionem actor acceptat, *extra tamen protestationem*, si nimirum reus in exceptionibus protestationem interposuit de non consentiendo in forum.

f) Postea actor suam intentionem optime fundatam, nec per rei exceptiones elisam ostendit, petitum repetit, ac, si ulteriore probatione non opus, statim submittit, R. I. N. §. 52.

g) Si vero ulteriore probatione opus, ad peragendam documentorum recognitionem, vel testium examen super additis articulis probatorialibus cum nominibus testium ac directorio, Commissionem petit. *N.* 35.

§. XV.

a) Si Commissio est Aulica, Hof-Commission, i. e. in ipso Consilio Imperii Aulico documenta recognoscenda, vel testes examinandi, decernitur:

1. Communicentur documenta vel articuli cum directorio parti adversæ.

2. Deputentur Consiliarii Imperiales Aulici N. & N. (duo) tanquam Commissarii, cum Secretario causæ, ut audiant testes, vel intersint recognitioni documentorum.

b) Sin Commissio in loco extraneo peragen-
N. 36. da, Supplicans, dum articulos offert, Commissarios nominet, eosque impartiales esse addat, alias decernitur:

Si Supplicans articulos relevantes exhibuerit, aut testes cum directorio aut Commissarios nominaverit, sequetur quod juris.

N. 37. *c*) Ubi vero hæc rite a Supplicante observata, decernitur:

Sind N. undN. samt und sonders zu Commissarien ad (perpetuam rei memoriam vel) examinandos testes nominatos erkannt, und dem Bekl. einen unparthenischen Notarium dabey zu adjungiren vorbehalten.

Vel

Fiat Commissio in NN. cum clausula: Conjunctim & singuli sive seorsim, & cum inclusione articulorum & directorii testium examinandorum, ita tamen ut adversario liceat adjungere Notarium impartialem & sua interrogatoria exhibere. R. I. N. §. 47.

d) Vocatur hæc Commissio in forma *communi*

muni, si ad testes examinandos; *in meliori*, si ad documenta transsumenda; *in optima*, si ad utrumque decernitur. Blum. Proc. Cam. tit. 73. §. 44. Rec. Dep. 1600. §. Wir erklären.

e) Commissarii, sumto in partium praesentia a testibus juramento, receptisque interrogatoriis, eadem, partibus remotis, num admissibilia aut criminosa sint, considerant, testes seorsim vocant, primum super interrogatoriis generalibus, deinde ad singulos articulos interrogant, responsa Secretarius vel Actuarius curate notat, praelegit, porro proponit partis adversae interrogatoria specialia super quovis articulo, ad eadem responsa notat ac praelegit, tandem silentium imponit, omniaque rotulo comprehendit. *N.* 38.

f) Eodem modo, si reus Commissionem ad testes examinandos petit, proceditur.

g) Si impetrans testium depositionem publicari petit, decernitur:

Communicetur parti adversae, ut intra octiduum se desuper declaret.

quia cuique parti est liberum, articulos additionales vel reprobatorios exhibere.

h) Ad ulteriorem petentis instantiam si adversarius nil opponit, decernitur:

Fiat publicatio edictorum vel attestatorum cum praescitu partis adversae.

i) Octiduo post hujus conclusi insinuationem Secretarius rotulum describi, & erga jurium solutionem partibus communicari curat.

k) Rotulo extraneo si tanquam nulli adversarius

rius contradicit, & contra eum protestatur, ejus publicatio intermittitur.

l) Probationes ex testium examine elicitas, replicisque insertas, ubi actor exhibuit, decernitur:

Communicentur Replicæ sub term 2. mens. ad duplicandum & (si jam submissum ab actore) pariter submittendum.

§. XVI.

N. 39. *a*) Duplicis, in quibus submissum, exhibitis decernitur:

Communicentur ad notitiam, quo facto inrotulentur acta.

b) Sin nova in iis adducta, nec referens decrevit communicationem, um sich allenfalls super solis novis in term. 2. mens. vernehmen zu lassen, petitur * ac conceditur venia triplicandi, quo ipso & quadruplicæ admissæ intelliguntur; quia reo in citationis processu ultima positio, ultimum verbum competit. Imo ad octuplicas processum memini.

*N.*40.

c) Si duplicæ sine novis ac sine facta submissione exhibitæ, decernitur:

Communicentur duplicæ sub term. 2. mens. ad concludendum & submittendum.

*N.*41. *d*) Quo facto actor triplicat, & concludit sub clausula solenni: Salva ulteriori, si opus, probatione,

* In Cameræ extrajudicialiter; simul tamen procurator in judicio ad protocollum indicat, triplicas esse paratas & veniam easdem exhibendi extrajudicialiter petitam, juncto petito pro desuper reflectendo nec decernenda actorum relatione, antequam triplicæ actorum pars fuerint factæ.

-batione, vel: nisi quid novi, aut, quod præstat: nisi quid facti. Nec tamen ipse adjuncta addere potest, quia alias decernitur:

Rejectis novis adjunctis communicetur sub term. 2. mens.

e) Si vero nulla nova in triplicis continentur, decernitur:

Communicetur ad similiter submittendum.

f) Ubi actor de insinuatione triplicatum docet, petit simul communicationem adversariæ conclusionis, aut ut causa in contumaciam pro conclusa acceptetur.

g) Postquam vero reus quadruplicando submisit, decernitur: *N.* 42.

Communicetur ad notitiam; quo facto inrotulentur acta. *

h) Facta edoctaque insinuatione, ad cujusque partis petitionem dies ad inrotulanda acta per Conclusum nominatur, quod, si utraque pars inrotulationem petiit, a neutra insinuatur. Tenor dicti Conclusi talis solet esse: *N.* 43. 44. 45.

C 5 Fiat

* In Camera acta non inrotulantur coram partibus, sed a Lectoribus & Notariis complentur, & protocollum, seu actorum directorium ac repertorium, conficitur, quod solum filo compingitur, reliqua acta quadrangulatim componuntur. Optant nonnulli, ut ad imitationem Cameræ quoque in Judicio Aulico singulis actis directorium seu repertorium adderetur, sed, ut mihi videtur, præter necessitatem. Namque singulis Judicii Aulici Conclusis rubricæ & contenta singulorum exhibitorum præmittuntur, ut proinde ipsa illa Conclusa repertorii loco haberi queant. Vid. interim Reichs-Hof-Raths-Ordn. Tit. 3. §. 22.

Fiat nunc petita introtulatio actorum proxima die Lunæ, præsentibus Commissariis, & partium Procuratoribus.

Commissarii illi solent esse die zwey jüngsten Reichs-Hof-Räthe, einer von der Herrn-Banck, der ander von der Gelehrten.

i) Ante introtulationem expensæ specificandæ, Ord. Jud. Aul. tit. 7. §. 15. *

k) Ad majorem sententiæ promotionem licet utrique parti post causæ conclusionem Facti Speciem Consiliariis distribuere. In Camera eadem occlusa in sextuplo in Lectoria solet exhiberi, postmodum inter Assessores, qui relationi intersunt, informationis causa distribuenda. Rec. Visit. 1713. §. 71.

§. XVII.

a) Acta introtulata Præses referri jubet, postquam Referens & Correferens sibi extractum actorum & Facti Speciem absque voto invicem communicarunt.

b) Aliquando, suspensa relatione, amicabilis compositio tentanda decernitur, ad eamque duo Consiliarii Aulici denominantur.

c) Referens relationem ex confecto a semetipso actorum extractu peragit, R. I. N. §. 143. & quidem, si definitiva ferenda, in Consilio Aulico 8. minimum Consiliariis præsentibus, (in Camera 6.) si interlocutoria 5. si supplicatio decernenda 3. si expensæ taxandæ 2.

d)

* In Camera expensarum designatio non exhibetur ante sententiæ publicationem.

d) Ante omnia Referens speciem facti præmittit, statumque causæ exponit: Quoad formalia jurisdictionem satis esse fundatam monet, partes sufficienter legitimatas, in processu omnia rite observata, e. c. reum legitime citatum, litem contestatam, debite conclusum. Quoad materialia seu merita causæ, quænam actio sit instituta, ex libello, ejusque medio concludendi ac petito narrat, singulaque exhibita cum suis adjunctis, latisque desuper conclusis, recenset, tandem votum addit, ubi ante omnia statum controversiæ rite format, rationes dubitandi & decidendi addit, punctum expensarum simul resolvit, tandemque ipsam sententiam profert, quæ in Principales concipitur, nisi Procuratori vel Agenti aliquid faciendum interlocutorie injungatur, aut in mandatorum causis Procuratores de paritione docere jubeantur, vel denique Principales mortui & hæredes ignoti, quo casu & definitivæ in Procuratorem concipiuntur. N. 46. 47.

e) Reliqui Assessores suam pariter sententiam depromunt. Illam, quam votorum pluralitas probavit, Referens & Correferens subscribunt. N. 48. 49. 50.

f) Secretarius inter rubricas rerum resolutarum in ædibus suis appensas refert, ipsaque conclusa a se subscripta partibus erga honorarium dimidii floreni pro singulis bifoliis per Scribam tradi, pars vero conclusum adversario rite insinuari curat, quia terminus in concluso præfixus ab insinuatione currit.

g) In Judicio Camerali Judex cum Assessoribus in publica audientia pro tribunali sedens sen-

tentias per Protonotarium ex scripto recitari seu publicari curat, non tamen speciatim citatis partibus. Contra Principem si sententia publicanda, absentis Judicis Vicarius minimum Baro esse debet. Conc. Ord. Cam. p. 1. t. 18. pr.

h) Procurator partis vincentis sententiam e Cancellaria redimit, ejusque copiam Procuratori partis adversæ tradit, nec alia sententiæ insinuatione in Camera opus, sed currit terminus præfixus a die publicatæ sententiæ. Si tamen sententia lata contra Principalem Procuratore destitutum, altera pars curet insinuationem sententiæ, quia tum demum ab insinuatione currit terminus in sententia præfixus.

i) Sententiis prohibitoriis pœna a contraveniente pendenda inserenda, si vero dari aliquid injungitur, vel alias executione opus, inserendæ sunt executoriales. Conf. 19. *a*.

k) Decidendi rationes nec partibus, nec in appellationis processu judici a quo, sed solis, si opus, revisoribus communicantur, R. I. N. §. 150.

§. XVIII.

N. 50. *b.* *a*) Expensæ si ante inrotulationem non specificatæ, sed simpliciter petitæ & adjudicatæ * fuerint, earum designatio exhibenda, juncto petito humillimo pro earum adjudicatione.

N. 51. *b*) Hæc supplica adversario ad excipiendum communicari decernitur, sicque usque ad duplicas proceditur, quibus exhibitis, sine prævia in-

* Etiam succumbenti ut victor contumax expensas solvat, pronuntiari potest. Blum. tit, 66. §. 68. Ord. Cam. p. 3. tit. 42. in fin.

introtulatione, duo Consiliarii ad expensarum taxationem denominantur.

c) Qui ubi taxationem peregerunt, decernitur: N. 52.
Si pars victrix, ejusve Procurator speciali mandato instructus, juraverit, se potius plus quam minus expendisse, sequetur ulterior resolutio.

Vel:

Werden die in Impetranten Designation angesetzte Unkosten und Anforderungen pro - - fl. gerichtlicher Ermässigung nach hiemit auf - - fl. moderirt. Belangend die expensas judiciales als Agenten * und Notarii deservita und Taxen, wie auch Postbrief-Porto und Boten-Lohn, werden solche zusammen auf - - fl. hiemit ermässiget. Würde nun pars impetrans, daß ehe mehr als weniger auf diesen Proceß verwendet worden, mit einem Eyde erhärten, so ergehet ferner was Rechtens, vel: so ist pars impetrata denselben sothane Summ zu erstatten schuldig.

d) Quo facto Procurator per supplicam speciale hoc mandatum exhibet, & admissionem ad juramentum expensarum taxatorium petit. Sequitur conclusum: Ad- N. 53. 54.

* Palmarium Agenti a parte victrice promissum non quidem inter expensas a parte succumbente refundendas comprehenditur: ipsum tamen hoc pactum inter partem & Agentem super palmario initum in Judicio Aulico sustinetur: In Camerali non item, vi Decret. d. 7. Apr. 1608. & 15. Maji 1693. in quorum priori Procurator ob tale pactum 5. marcis auri mulctatur.

Admittatur ad juramentum in præsentia partis adversæ ad videndum & audiendum citandæ proxima die Lunæ.

e) Juramento hoc præstito * conclusum taxatorium expeditur per modum sententiæ vel decreti, in cujus conformitate petit Procurator rescriptum de exequendo ad Magistratum Ordinarium vel Directores circuli.

§. XIX.

a) Sententia absolutoria executione nulla indiget, condemnatoria ut exitum sortiri possit, pœnam a contraveniente pendendam habet annexam, huncque in finem tali sententiæ condemnatoriæ executoriales sunt inserendæ, R. I. N. §. 159. id est, terminus ad docendam paritionem sub pœna mulctæ cum comminatione realis executionis præfigendus hoc modo:

N. 55.

Mit dem Anhang, Wo er solchem inner 2. Monath Zeit also nicht nachkommen wird, daß er jetzt als denn, und denn als jetzt, in die Straf 10. Marck löthigen Goldes, halb dem Kayserlichen Fisco, und zum anderen halben Theil dem Kläger unnachläßig zu bezahlen erkläret, auch der Real-Execution halber auf ferneres Anruffen ergehen soll, was recht ist.

N. 56. *b*) Paritione non secuta sæpe plures paritoriæ, post easque executoriales sub pœna dupli decernuntur, tandemque Commissio ad exequendum

N. 57. in Circuli Directores vel Dominum territorii, si reus

* Etiamsi expensæ aut damna sint infra 20. fl. R. I. 1600. §. 58. Obwohl aus 2c.

reus est mediatus. (In Camera decernuntur mandata pœnalia de exequendo.)

c) Commissarius nominatus si cunctatur, excitatorium decernitur: Si solus executioni est impar, Commissio ad alios quoque extenditur per rescripta auxiliatoria. Si executioni immoritur, vel alias justæ eam ipsi auferendi causæ subsunt, illa transfertur seu transscribitur in alium: Si suspectus saltem est, Concommissarius solet adjungi. Formulas exhibet Uffenbach de Consil. Aul. c. 15. Sect. 3. Subsect. I. Vid. infr. 28. *o*. *N.* 58. *N.* 59. *usque* 68.

§. XX.

Transactione si lis sopitur, exhibetur allerunthänigste Productio getroffenen Vergleichs in forma authentica (vel copia vidimata) juncto petito, pro decernenda ejusdem ad acta positione, & desuper tanquam super re judicata reflectendo. Quod & per conclusum decernitur. *N.* 69.

§. XXI.

a) Durante processus cursu, si tertius quidam, de suo jure litigari animadvertens, intervenire cupit, exhibet allerunterthänigste Interventional-Anzeige juncto petito pro &c. Anwalds A. als Intervenienten ad causam B. contra C. Agere quoque potest Cointerveniens, Cointervenientischer Anwald. *N.* 70.

b) Interveniens si pro utroque, tum actore, tum reo, excludendo laborat, sistitur cursus processus, wird damit in Ruhe gestanden, donec passus hic præjudicialis elucidatus.

c) Sin cum alterutro causam communem facit, potest ei vel simpliciter adhærere, ac renun- *N.* 71.

nuntiare disseitiger Special-Handlung, (quo casu una cum eo exhibita subscribit, aut Agenti seu Procuratori communi negotium committit) vel seorsim sua exhibita offerre.

d) Plures si ejusdem litis sunt consortes, vel saltem reus tertium quendam ad defensionem, indemnisationem vel evictionem sibi præstandam obligatum habet, desuper exhibetur supplica pro
N. 72. citatione & denuntiatione ad assistendum liti, vel evictionem præstandam, vel ad defendendum & indemnisandum.

§. XXII.

a) Reus ubi actorem reconvenire cupit, in exhibito, quo litem est contestaturus, dicit: Bevor sich Beklagter auf die erhobene Klage einlässet, sagt er animo reconveniendi kürtzlich, wasmassen ꝛc. subjuncto petito, bittet in Rechten zu erkennen ꝛc. Atque tunc tandem litem contestatur ad conventionis libellum: Hiernächst was die angebrachte Klage betrifft ꝛc.

b) Rubrum ita circiter ponit: Allerunterthänigste Exceptional-Anzeige und resp. Reconventions-Klage in Sachen A. contra B. nunc vice versa puncto prætensi arresti, nunc reconventionis ex L. 7. C. unde vi.

c) Reponit actor bestgegründete Replic und resp. Exception-Schrifft in Sachen A. contra B. puncto arresti & prætensæ reconventionis ex L. 7. C. unde vi.

d) Quam excipit Duplica & resp. Replica, porro Triplica & resp. Duplica & sic porro.


e)

e) Judex, postquam tam in conventionis quam reconventionis causa conclusum, pronuntiat:

In Con- und Reconventions-Sachen A. Klägers und Wiederbeklagten an einem wider B. Beklagten und Wiederklägern am andern Theil rc. Wird hiemit zu recht erkannt, daß, was den punctum conventionis belangt, Beklagter die libellirte Post zu bezahlen schuldig. Die Reconvention aber betreffend e. c. hat selbige nach Gelegenheit dieser Sache nicht statt, sondern wird Impetratischer Theil allenfalls damit ad separatum verwiesen.

f) Si quis litigantium ad sui informationem supplicat pro clementissime concedenda actorum inspectione, decernitur:

Concedatur petita inspectio actorum in præsentia Registratoris, & partis adversæ mandatarii.



CAPUT III.

DE

Processu Mandati.

§. XXIII.

a) ORdinario, quem hactenus delineavimus, primæ instantiæ processui opponitur extraordinarius sive summarius, quorsum inprimis spectat processus mandati, ubi

initium processus non a citatione * fit, sed a mandato seu præcepto.

b) Est enim nobis h. l. mandatum præceptum judicis, quo, nulla citatione prævia, reum inauditum ad supplicantis instantiam aliquid facere vel omittere sub pœna certa † jubet.

c) Est omnino tale præceptum quædam executionis species. Et quamvis nonnulli, quibus ab executione processum ordiri, iniquum nimis videtur, negent, mandati processum ab executione incipere, ipsæ tamen Imperii Leges in Rec. Dep. 1600. §. 31. Ob auch 2c. hunc loquendi modum servant.

d) Imo cessat plane omnis iniquitas, dummodo reputemus, non temere atque promiscuè, sed tum demum mandata decerni, ubi eadem in jure fundata, ac rei factum vel plane non vel difficulter justificabile apparet, quo casu, reo non audito, ac sine causæ cognitione, judicis præceptum validum existit, utut tacitam contineat condi-

* Citatio & litis contestatio plane necessaria non est, tum quando causa merum juris punctum concernit, tum in factis nullo jure justificabilibus. Hinc e. c. cessat in causis carceratorum, pignorationum, attentatorum, desertionis, non devolutionis, restitutionis ob lapsum fatalium, violatæ pacis publicæ, spolii, relaxationis urphedæ.

† Hinc differt mandatum a rescripto, quippe quod, si simplex est, sine ulla pœnæ mentione, sin pœnale, saltem in genere sub pœna disgratiæ vel indignationis Cæsareæ, bey Kayserlicher Ungnad, concipitur. Cum econtra mandata semper pœnam aliquot marcarum auri contineant.

conditionem: si narrata veritate nituntur. Quamobrem semper exceptiones contra mandata reo esse salvas, mox dicetur.

§. XXIV.

a) Mandata vel jubent vel prohibent, adeoque duplicis sunt generis, vel inhibitoria de non faciendo, vel præceptiva de faciendo.

b) Ad inhibitoria pertinent illa:

de non offendendo.

de non turbando e. c. in possessione jurisdictionis, juris venandi, lignandi, braxandi &c.

de non attentando vel innovando lite pendente.

de revocandis attentatis seu cassatoria revocatoria.

de cassandis literis reversalibus.

de non abstrahendo subditos a debita obedientia.

de non gravando insolitis exactionibus & operis, item illicitis urphedis.

de non impediendo libero commeatu.

de non excludendo a Cœna Domini.

de non impediendo confici inventarium, sed manifestando omnia sub juramento.

inhibitorium novi operis, seu de eodem non prosequendo.

de non impediendo ædificare, sed renunciando nunciationi novi operis.

de non impediendo perceptionem fructuum pro alimentis assignatorum.

de non contraveniendo pactis.
de non alienando.
de non molestando ultra præstitam cautionem.
de non in potentiorem aut judicii mutandi causa alienando.
de non dimittendo bona arrestatorum.
de non prægravando nimiis sportulis, & restituendo quod ultra taxam consuetam extortum.
de non trahendo ad aliud forum.
de permittenda vel non prohibenda appellatione.
de non gravando pendente restitutionis processu.
de non turbando contra judicata summorum tribunalium.
de admittendis advocatis & propinquis.

c) Ad mandata præceptiva pertinent illa:
de restituendo
depositum
ablata
violenter relaxatum ad locum unde.
bona naufragorum.
de abducendo vel amovendo milite.
de relaxando captivo
ex causa civili erga urphedam.
arresto
subditos a juramento vi metuque extorto.
de satisfaciendo super illatis injuriis.

de

de demenda de patibulo effigie injuste suspensa.
de reparando destructa.
de demoliendo ædificata vel novum opus.
de tollendo novo vectigali.
de exhibendo liberos.
fugitivum.
de præstandis alimentis.
de reddendis rationibus.
de exequendo voluntatem defuncti.
de obsignando & arrestando.
de edendo testamento & inventario.
de extradendo hæreditatem.
de dividendo, extradendo, conferendo, liquidando, & lite pendente non amplius alienando, alienata vero revocando.
de edendo pacta dotalia.
de implendo transactionem.
de solvendo vel dimittendo hypothecam.
de concedenda liquidatione & defalcatione usurarum ultra quincunces solutarum.
de revocando alienationes bonorum paternorum.
de administranda justitia.
de procedendo secundum jura & statuta.
de inhærendo immemoriali observantiæ.
de procedendo juxta Constitutionem Carolinam.
de lite prosequenda in foro prævento nec trahendo ad aliud forum.

de transmittendis actis ad impartiales.
de concedendo salvo conductu.
de concedenda revisione.
de exequendo propriam sententiam.
Item Compulsorialia de edendis actis prioris instantiæ.
Item Executorialia, protectoria. *
Similiaque, quorum rubricæ vel de novo formari, vel ex dictis desumi ac componi possunt.

§. XXV.

a) Nunquam vero reo simpliciter per mandatum injungitur paritio, sed semper ipsi diserte reservatur facultas *vel* deducendi causas, quare comminata pœna declarari nequeat, i. e. exceptiones facti seu sub- & obreptionis, erhebliche Ursach und Einreden, warum solche Erklärung nicht geschehen solle, rechtliche Gebühr vorzubringen, *vel* afferendi juris rationes, quare mandatum vel præceptum locum habere nequeat, erhebliche und beständige Ursachen in Rechten vorzubringen, warum dem Kayserlichen Gebot, durch welches er beschweret zu seyn vermeynet, nicht zu geleben. Prioris generis mandata vocantur *sine clausula*, posterioris *cum clausula* justificatoria.

b) Man-

* E. c. Ist das gebetene Mandatum protectorium an den Hertzog zu N. jedoch allein zu Abwendung und Verhütung aller Vergewaltigung ohne dasselbe auf eines oder andern Theils Manutenenz in der noch strittigen Haupt-Sache zu erstrecken, S. C. hiemit erkannt.

b) Mandatis cum clauſula locus eſt in factis, quæ juri quidem adverſari apparent, forte tamen juſta reddi vel oſtendi poſſunt, e. c. circa relaxandos captivos, contraventiones pactorum. Mandatis autem ſine clauſula in factis nullo jure juſtificabilibus, ſeu, prout Ord. Cam. p. 2. t. 23. loquitur, auf die vier Fälle: Si factum

1. Jure aut conſuetudine prohibitum. Quorſum pertinent cauſæ pignorationum & arreſtorum, ſævitia in ſubditos, novi operis nuntiatio, confiſcatio naufragorum, ſalvi conductus denegatio, protracta vel denegata juſtitia, evocatio ex foro ordinario, recuſatio homagii vel collectarum a ſubditis facta, trahere litem pendentem ad forum prohibitum, committere attentata. Item ſi Inſtrumenta continent clauſulam executivam, e. c. mit oder ohne Recht, R. I. 1600. §. 32. vel Imperatori ſunt inſinuata ab eoque confirmata. NB. Juramentum pacto additum altioris indaginis eſt, nec ad Mandatum S. C. qualificat cauſam. R. I. 1600. §. Wenn in einer Verſchreibung ꝛc.
2. Si damnum irreparabile infert, e. c. periculum vitæ, famæ, ſylvæ vaſtatio, fluminum deductio.
3. Si in perniciem Reipublicæ tendit, e. c. ſeditio, tumultus, nova vectigalia, commercii ruina.
4. Si cauſa moram non fert, e. c. ſi adeſt invaſio hoſtilis, metus armorum, denegan-

tur alimenta, si carcer nimis squalidus mitigandus.

§. XXVI.

a) Mandata cum clausula in Judicio Aulico penitus in desuetudinem abiisse videntur, nec ullum multis retro annis ibidem decretum, nec forte etiam petitum, sed eorum loco rescripta, si causæ ad illa sunt qualificatæ, petuntur ac decernuntur, ubi faciliori via ac minoribus sumtibus pariter ad paritorias, pœnas & executiones, devenitur.

b) In Camera hodienum mandata cum clausula * decernuntur, sed contra eos solos, qui Austregis non gaudent. Hæc enim ubi locum inveniunt, cessant mandata cum clausula, ne prima instantia pereat. Econtra mandata S. C. Austregas excludunt, quia illa paratam habent executionem, qua destituuntur Austregæ.

c) In Processu mandati cum clausula actor in primo termino reproducit mandatum; percepturus paritionem rei. Si reus non comparet, actor in Camera petit proclama, quo decreto, post sex juridicas actor petit (non arctius cum declaratione pœnæ simplici contentæ, ut in mandatis S. C. sed) citationem ad videndum se declarari in pœnam mandato insertam, quia prior citatio saltem erat ad producendum causales. Reus in contumacia persistens, ad instantiam actoris, prævio proclamate, in pœnam declaratur, & arctius decernitur, quia per

* Utut semper sine clausula petantur.

per decretam citationem ad videndum se declarari in pœnam, mandatum C. C. transfertur, & resolvitur in mandatum S. C. ubi solæ exceptiones sub- & obreptionis, non autem causales possunt urgeri.

d) Sin reus in termino reproductionis comparet, judex autem ipsius exceptiones sive causales tanquam irrelevantes rejicit, proceditur porro, ut in mandatis S. C. * Si vero causales relevantes censentur, actori terminus ad replicandum sub comminatione causam alias pro conclusa acceptandi præfigitur, atque sic per rei comparitionem mandatum C. C. resolvitur in simplicem citationem, ** scilicet ratione clausulæ justificatoriæ, non autem ratione præcepti, cujus

* Utrobique enim fertur paritoria, hac tamen differentia, ut in processu Mandati S. C. procurator jubeatur docere de facta paritione; at in processu mandati C. C. per modum sententiæ definitivæ pronunti̇etur, **daß Beklagter dem Kayserlichen** Mandat **zu gehorsamen schuldig**, addito quidem termino docendæ paritionis, sed omissa formula declarationis in pœnam, **jetzt als dann und dann als jetzt.**

** Hoc effectu, ut procedatur usque ad duplicas, imo, si venia triplicandi impetretur, etiam ad quadruplicas. Differunt igitur mandata C. & S. C. eo quod

1. Illis clausula justificatoria adjicitur, his non item.
2. In illis ad quadruplicas, in his ad replicas saltem pervenitur.
3. Ratione objecti. Mandata S. C. restringuntur **auf die vier Fälle**, illa C. C. non item.

cujus vis suspenditur, donec de causalium relevantia constet, quo facto demum cassatur & aboletur mandatum, Blum. Proc. Cam. tit. 34. §. 65. Durante processu si reus turbare pergit, extrajudicialiter petitur & decernitur mandatum arctius.

§. XXVII.

N. 72. a) Pro mandato S. C. supplicaturus
73. 74 1. præter facti speciem &
75. 2. Fori competentiam * inprimis
3. doceat, casum qualificatum esse ad mandatum, ac proinde tum injustitiam facti adversi, tum suam possessionem ostendat. Denique
4. non modo quid petat, addito Latino mandati nomine, exprimat, sed & semper petitum

4. Mandatis S. C. additur formula: Daran geschicht unser ernstliche Meynung. Vel: Das meynen Wir ernstlich, illis C. C. Darnach du dich zu richten.

* Summa Imperii tribunalia competens sunt forum in causis mandatorum, si vel reus est immediatus, nimirum in denen vier Fällen, (alias Austregis locus) vel causa ita comparata, ut ex eadem etiam contra mediatos coram summis tribunalibus in prima instantia agatur, quod accidit,
1. Si judex inferior consentit, e. c. si ipse suos subditos convenit.
2. Si justitiam denegat.
3. In continentia causæ.
4. Si mediatus pro immediato se gerit.
5. Si causa concernit reservata Imperatoris, e. c. viola-

petitum mandatum cum annexa citatione *
solita decerni petat.

b) In pignorationum causis juxta Constitutionem de pignorationibus de 1548. insertam Ordinationi Cam. part. 2. tit. 22. docendum; N. 76.

1. Quod

violatum privilegium Cæsareum, item causas fiscales aut fractam pacem publicam. Regulariter tamen in causis fractæ pacis und auf die Pfandungs-Constitution utriusque partis immedietas requiritur.

* Citatio mandatis annecti solita non causam principalem sed pœnam respicit; & necessaria est ad obtinendam condemnationem, quam mandatum non continet, sed solam ejus comminationem. Inde ab anno 1570. hæc citatio in ipsis supplicis pro mandato peti jubetur, cum olim demum elapso reproductionis termino peti soleret. Compulsorialibus & inhibitionibus in appellationis processu citatio ad docendum vel videndum se condemnari non annectitur, quia judex sponte pariturus præsumitur. Quodsi vero non paret, & pro arctiori mandato compulsoriali ac inhibitorio appellans supplicat, hæc citatio petitur ac decernitur. Aliis mandatis inhibitoriis, utut implicite talibus, e. c. de præstando libero commeatu, olim hæc citatio pariter non annectebatur. Quamobrem, ubi iisdem non parebatur, Camera non decernebat proclama, quippe quod citationem supponit, sed, reproducto mandato edoctaque inobedientia, petenda erat citatio ad videndum se condemnari. Hodie vero in mandatis negativis additur citatio rei, seinen theils geleisteten, theils willfährigen Gehorsam glaublich darzuthun, oder, wo nicht, und da dem Kayserlichen Gebot zuwider gehandelt werden solte, zu sehen und hören, um ihres Ungehorsams willen in vorgemeldte Poen gefallen zu seyn.

1. Quod pignorans & pignoratus ſint immediati.
2. Quod pignoratus ſit in poſſeſſione juris, cujus intuitu pignoratio facta.
3. Quod pignoratio ſit facta novi juris, quod ſpecifice nominandum, acquirendi cauſa.
4. Quod perſona vel res pignorata ſit innocens & tertia, i. e. quæ cum jure principali, de cujus poſſeſſione quæritur, nil habet commune, e. c. in jure venandi canes, in lignandi equi & currus, in paſcendi jure pecora. R. I. 1594. §. Die Mandata. Rec. Dep. 1600.
5. Quod pignoratio ſit facta ex cauſa civili, non criminali. *

c) In

* In proceſſu pignorationis auf die Pfandungs-Conſtitution hoc peculiare eſt, quod non modo contineat Mandatum de pignoratis ſine exceptione ohne Entgelt cum omni intereſſe & damno reſtituendis S. C. cum citatione ſolita, ſed & citationem ad deducendum jus pignorandi ſive cauſas pignorationis, quod vocatur punctus cauſalium, juxta formulam: Wir heiſchen = = = = glaubliche Anzeige und Beweiß zu thun, daß dieſem unſern Kayſerl. Gebot alles ſeines Innhalts mit der anbefohlenen Relaxation und Reſtitution und ſonſt gehorſamſt gelebet, und ein vollkommenes Gnügen geleiſtet worden ſey: Wo nicht, alsdenn zu ſehen und zu hören, daß ſie um Dero Ungehorſams Willen in obberührte Pœn gefallen ſeyn, mit Urthel und Rechtſprechen zu erkennen und zu erklären, oder aber erhebliche beſtändige Urſach, ob ſie einig hätten, warum ſolche Erklärung nicht geſchehen ſolte, daneben ihres Pfandens angemaßte Gerechtigkeit

in

c) In mandato pro relaxando arresto juxta Constitutionem de arrestis de 1570. requiritur, *N.* 77.

1. Ut arrestans & arrestatus sint immediati.
2. Ut arrestanti offeratur * cautio de judicio sisti & judicatum solvi sufficiens, ille vero hac neglecta vi facti tamen procedat.
3. Ut arrestum sit impositum ob causam civilem, non criminalem.

d) In mandato super pace publica requiritur, *N.* 78.

1. Ut vis publica sit illata. 79.
2. Armata manu coadunatis hominibus.
3. Dolo malo seu offendendi proposito.

Conf. R. I. 1594. §. Also ist auch seqq.

e) Reus si ante decretum mandatum animadvertit, illud ab actore apud judicem sollicitari, potest, si vult, per modum præoccupationis exhibere supplicam pro avertendo omni præjudicio & eventualiter communicandis partis adversæ exhibitis. Conf. dicenda 34. c. *N.* 80.

f) Ju-

in Recht / wie sich gebührt / vorzubringen ꝛc.

Quamobrem in hoc processu reus cum exceptionibus simul etiam causales in principali exhibere, & in utroque puncto pari passu procedi debet. In puncto mandati pignorator est reus, in puncto citationis actor. Si in puncto paritionis causa satis instructa, non expectata submissione in puncto causalium, sententia publicatur. Et puncto paritionis per sententiam finito, impetrans in puncto causalium ante realem paritionem ulterius procedere non tenetur. R. I. N. §. 139. Bertram Brevic. tit. 32.

* Quod narrasse sufficit sine addito documento. R. I. 1594. §. Dergleichen sollen.

f) Judex, si causam, pro qua petitur mandatum, ad illud non qualificatam deprehendit, interloquitur:

Würde Supplicant förmlich (i. e. citationem petendo) suppliciren, soll ergehen was Rechtens.

Vel:

Würde Implorant die behörige Requisita zum Mandato beybringen, erfolgt sodann was recht ist.

Item:

Würde Implorant de possessione & exercitio jurisdictionis im Dorffe N. besser als geschehen dociren, folglich die Sache ad Mandatum qualificiren, ergehet ferner Bescheid.

g) Suppleto a Supplicante hoc defectu de-
N. 81. cernitur:
usque 86. Fiat nunmehro auf die fernerweit eingebrachte Vorstellung und Erläuterung das gebetene Mandatum e. c. de solvendo S. C. sub pœna 3. marc. auri & term. 2. mens. annexa citatione solita.

h) Si ex pluribus membris in supplica cumulatis nonnulla ad mandatum non sunt qualificata, pronuntiatur:

1. Fiat petitum mandatum de non turbando S. C. sub pœna 10. marc. aur. & term. 2. mens.
2. Soviel die übrige Gravamina belangt, wenn Supplicant solche separatim einbringen, auch gebührend bescheinigen wird, erfolgt ferner Bescheid.

In

In Camera:

Ist das gebetene Mandatum de - - - erkannt, übriges Begehren abgeschlagen.

i) Quodsi causâ quidem ad mandatum qualificata, illud autem contra potentiorem decernendum, quocum judex mitius agi mallet, decernitur:

1. Fiat petitum mandatum S. C. sed suspensâ ejus expeditione.
2. Rescribatur e. c. dem König in Preußen als Hertzogen in Magdeburg, die Appellation an Kayserl. Maj. in schuldigste Obacht zu nehmen, damit das gebetene, und auf den unverhofften Fall einer widrigen Erweisung Krafft dieses erkannte Kayserliche Mandatum S. C. expediren zu lassen, es nicht bedürffen möge. Immassen Kayserl. Maj. sich von der dem König beywohnenden rühmlichen Justitz- und Billigkeits-Liebe eines andern als des willigen Vollzugs nicht versehen, und darüber innerhalb 2. Monaten die Anzeige gewärtig seyn wollen.

§. XXVIII.

a) Post insinuatum mandatum ubi actor (qui ante decretum mandatum Implorans, postea Impetrans vocatur) in termino reproductionis illud reproducit, caveat, ne petat exceptionum communicationem, (ut in processu ordinario) sed mandatum ulterius cum augmento pœnæ simplicis, vel arctius in contumaciam non parentis *N.* 87.

cum

cum condemnatione in pœnam simplici seu priori insertam. *

b) Si actor emanet in reproductionis termino wird das Mandat vor gefallen declarirt, viresque amittit.

c) Sin reus, loco petiti mandati arctioris de-
N. 88. cernitur, mandatum ulterius † sub eadem vel ex-
89. asperata paulo pœna.

d) Si adhuc omissa paritione reus attentata
N. 90. committit, ad actoris petitionem fertur parito-
91. 92. ria cum extensione ad nova attentata, super quibus ut etiam mandatum arctius paritoriæ (quæ tunc vocatur Beystands-Paritori) petitur & decernitur.

e) Si vero reus termini prorogationem ad excipiendum petit, decernitur:

Detur petitus terminus bimestris, sed ad parendum.

Disce-

* In Camera actor in primo termino mandatum reproducit, rei comparitionem & paritionem percepturus. Reo non comparente petit proclama, quo decreto & elapsis sex juridicis postulat declarationem pœnæ & arctius, quod utrumque sine prævia ulteriore citatione ad actoris postulationem statim decernitur. Blum. tit. 34. §. 170.

† Differt autem mandatum ulterius ab arctiori eo, quod arctius regulariter conjunctum cum declaratione in pœnam prioris seu simplicis: nisi quod in appellationum caussis, si compulsorialibus vel inhibitionibus non paretur, arctiora decernantur sine declaratione pœnæ simplicis; quia compulsorialibus & inhibitionibus non annectitur citatio ad videndum, sed demum cum arctioribus decernitur. Blum. tit. 34. §. 7.

Diſcedit enim praxis a rigore R. I. N. §. 76. juxta quem decernendum: Petita prorogatio non habet locum, ſed fiat paritoria, ut mandato intra terminum bimeſtrem ſatisfaciat, cum eventuali pœnæ declaratione, & conceſſione arctiorum proceſſuum.

f) Si denique reus comparens paritionem quidem docet, quam tamen judex inſufficientem reputat, ad actoris petitionem decernitur: *N.* 94 95.

> Mit Verwerffung der Impetratiſchen gantz ohnhinlänglichen Paritions-Anzeige. Vel: Non attenta inſufficienti paritione fiat paritoria ſub termino bimeſtri, cum eventuali declaratione pœnæ & arctiorum.

Quodſi Referens dubitat, num ſufficiens ſit paritio, decernit:

> Communicetur partis impetratæ Paritions-Anzeige ſub præſ. - - - parti impetranti ad notitiam.

Reponere poteſt Impetrans Verwahrung und Proteſtation wider jenſeitige Paritions-Anzeige, juncto petito pro ejus acceptatione & regiſtratione ad acta. Deſuperque decernitur:

> Ponatur partis Impetrantis allerunterthänigſte Verwahrung und Proteſtation wider die Impetratiſche Paritions-Anzeige ad acta.

Pro re nata quoque ad Impetrantis petitionem plenaria paritio parti impetratæ poteſt imperari.

g) Sin reus exceptiones irrelevantes affert, decernitur:

> Rejectis exceptionibus fiat paritoria ſub ter-

 mino

mino bimestri cum eventuali declaratione pœnæ & arctiorum.

Rec. Dep. 1600. §. 53. & R. I. N. §. 76.

Formula sententiæ paritoriæ hæc est:

In causa N. contra N. mandati: Impetrantis petitione ratione declarationis pœnæ & arctiorum adhuc denegata, Impetrato, rejectis ejus exceptionibus, ad docendum, Mandato Cæsareo per omnia paritum esse, tempus duorum mensium pro termino & prorogatione ex officio præfigitur, sub comminatione, nisi ita egerit, quod tunc dictus Impetratus seu reus in pœnam dicto mandato insertam ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc declaratus, arctioresque processus decreti, isque Impetranti ad expensas desuper factas salvo judiciali moderamine refundendas condemnatus esse debeat.

Germanice.

In Sachen N. Klägern eines, wider N. Beklagten andern Theils Mandati: Ist Klägern sein der declaration pœnæ & arctiorum halben beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen, sondern dem Beklagten seines gethanen Einwendens ungehindert glaubliche Anzeige zu thun, daß dem ausgangen-verkünd-und reproducirten Kayserlichen Mandat alles seines Inhalts gehorsamlich gelebet sey, Zeit 2. Monat pro termino & prorogatione von Amts wegen angesetzet, mit dem Anhang,

hang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß er Beklagten jetzt, als denn, und denn als jetzt, in die Pœn berührtem Mandat einverleibt hiemit erkläret, ferner Process auch erkennt, und er seinem Gegentheil die Gerichts-Kosten derentwegen aufgelauffen, nach rechtlicher Ermäßigung, zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn solle.

h) At ubi relevantes exceptiones reus exhibet, decernitur: N. 96. 97.

Communicentur exceptiones sub- & obreptionis ad replicandum cum term. 2. mens.

i) Admittuntur autem in causis mandati S. C. solæ exceptiones facti seu sub- & obreptionis † & fori incompetentis, e. c. maleficii, i. e. causam esse criminalem. Nam in mediatorum criminibus summorum tribunalium jurisdictio tunc saltem fundata, si nullitas commissa: item causam

E 2 esse

* Si forte ad exhibitas a parte impetrata exceptiones resolutio a judice retardatur, eamque pars impetrata mediante monitorio urgere e re sua ducit, caveat, ne in præsenti mandati processu petat, ut exceptiones parti impetranti ad communicandum decernantur, sed petitum suum dirigat pro exceptionibus ad acta registrandis, & ex inibi adductis maxime relevantibus causis mandatum cassando vel rescindendo.

† Subreptio per veri reticentiam, obreptio per falsi narrationem committi dicitur. Utut celata veritas obreptio vocetur L. 10. §. 2. de in jus voc. L. 29. §. 2. Mandati, L. 29. de falsis, & promiscue hæ voces sumantur L. 1. C. si nuptiæ ex rescr. pet.

esse ecclesiasticam, matrimonialem, vel actorem non habere personam standi in judicio.

k) Ultra replicam in processibus mandati S. C.
N. 98. regulariter non proceditur, sed actor ibi habet ultimum verbum. R. I. N. §. 78. Si tamen nova in replicis continentur, (vel alias emergunt, quod jurejurando asseverandum) duplicandi veniam reus * petere potest, quo tamen casu duplicis concessis, eo ipso actori triplicandi facultas indulta intelligitur.

l) Processu ita instructo, si exceptiones relevantes apparent, cassatur mandatum, actore in expensas condemnato, si irrelevantes, fit paritoria.

m) Paritoria est vel *simplex*, quæ in contumaciam contra reum non comparentem aut non sufficienter parentem fertur, & contra hanc adhuc admittuntur exceptiones, † licet paritoria secunda vel tertia fuerit: vel *plena*, quæ rejectis exceptionibus fertur, & contra eandem novæ exceptiones non admittuntur, sed illæ per modum petitæ restitutionis in integrum sunt proponendæ.

n) Paritoriæ si non paretur, petitur declaratio pœnæ cum arctioribus. Prius tamen quam arctiora decernantur, plures in praxi feruntur paritoriæ (invito licet Decr. Com. Cam. de 13. Dec. 1664.) atque, si attentata interim commissa, extenditur paritoria ad attentata. Indulgetur tamen

* Extrajudicialiter in Camera.

† Obst. R. I. N. §. 78. L. 2. C. sent. rescind. non poss. cap. 4. X. de Except.

men etiam in puncto extensionis paritoriæ facultas excipiendi. *N.* 99. 100.

o) Perseverante contumacia sequitur declaratio pœnæ, desuperque fiscus monetur, sicque decernitur mandatum arctius sub pœna dupli, * mox etiam commissio ad exequendum. ** Conf. 20. *c.*

E 3 *p*) Con-

* Hac formula:

1. Fiat declaratio pœnæ mandato insertæ, & moneatur fiscalis Imperialis Aulicus, ut pro suo interesse agat.
2. Fiat mandatum arctius sub pœna dupli.

Vel:

Pars impetrata wird nunmehr in pœnam mandatis insertam zu folg der Paritorien vom 10. Jan. simpliciter declarirt, & cum notificatione hujus rescribatur Dominis Commissariis- die ihnen aufgetragene Execution, welche zugleich auf die neu-eingeklagte attentata, wie auch auf die vorgemeldter massen declarirte Straffe hiemit erstrecket wird, zu bewerckstelligen.

** Fiat cum inclusione Cæsarei Mandati & paritoriæ, Commissio ad exequendum, e. c. auf den König in Polen als Churfürsten zu Sachsen, dergestalt jedoch, daß der Herr Churfürst dem Fürstlichen Impetraten noch einen 2. monatlichen Termin ad parendum mit dem Anhang anzuberaumen, daß bey dessen unbefolgten Ablauff derselbe jetzt als denn, und denn als jetzt, in die dem Mandato & Paritoriæ einverleibte Pœn verfallen erkläret, und die würckliche Execution auch darauf gewärtig seyn soll, in Entstehung deren die Execution auch solchergestalten auf die also verwirckte Straffe sowohl als der Haupt-Sache halber, sumtibus Domini

p) Condemnatio in expensas semper eventuali pœnæ declarationi annectitur. Quamobrem actor post primam paritoriam statim expensarum designationem exhibere potest.


ni Impetrati, autoritate Cæsarea würcklich vollziehe, und, wie es geschehen, in nachfolgender 2. monatlichen Frist an Ihro Kayserl. Majest. berichte.

Si cunctari videntur Commissarii, decernitur excitatorium.

Fiat excitatorium, e. c. An den König in Engelland als Churfürsten zu Braunschweig, und den Herren Bischoff zu Münster, cum adjunctione des Hertzogs zu Braunschweig-Wolffenbüttel, daß sie samt und sonders die Commission auf das fordersamste vornehmen, und durch ihre abzuschickende Subdelegatos alles in dem Kayserlichen Commissoriali ihnen aufgegebene nachdrücklich bewircken sollen.

Si Commissarii executioni impares, adduntur Auxiliatoria.

Expediantur Auxiliatoria auf die benachbarte Chur-Rhein- und Sächsische Creyse samt und sonders, & includantur illa in Originalibus & Copiis der Commission zu deren benöthigten Gebrauch.



CAPUT

CAPUT IV.
DE
Processu Rescripti.

§. XXIX.

a) QUoties aliquod ex mandati S. C. requisitis deficit, vel illud contra potentiorem, quocum mitius procedendum censetur, dirigendum foret, illius loco decerni solet rescriptum.

b) Sunt autem rescripta literae Imperatoris, quibus leniori multo atque in mandatis modo, sine addita poena, quid fieri vel omitti praecipit aut monet.

c) Ac quamvis etiam dentur rescripta *poenalia*, iis tamen nulla poena expressa vel pecuniaria, sed saltem clausula: bey Vermeidung Unserer Kayserlichen Ungnade, inseritur, ac proinde opponuntur *simplicibus*, quae tali clausula destituuntur.

§. XXX.

a) Tale rescriptum ubi ad supplicam implorantis est impetratum ac insinuatum, si in termino praefixo ejus prorogatio petitur, denegari eadem non solet. *Num.* 101-104.

b) Si exceptiones opponuntur, eaedem communicantur, & usque ad duplicas, quandoque & quadruplicas, proceditur. *Num.* 105.

 c) Si

c) Si vero de paritione ne excipiendo quidem docetur, impetrans rescriptum reproducens supplicat (non pro eventuali exceptionum communicatione sed) pro rescripto magis serio, quod & decernitur, vel ulterius saltem in conformitate prioris.

d) Si neque huic paretur, arctius sub poena aliquot marcarum auri petitur, cujus loco rescriptum paritorium sine poena, imo & saepius iterata decernuntur.

e) Tandem sequitur paritoria sub poena aliquot marcarum auri, cum annexis executorialibus, quod nimirum, si intra terminum non paruerit reus, nunc uti tunc, & tunc sicut nunc, in poenam X. marcarum auri, pro dimidia parte fisco Caesareo, pro altera impetranti irremissibiliter solvendam, declarari, & ratione realis executionis ad ulteriorem partis instantiam fieri debeat, quod juris.

f) Si needum paruerit reus, decernitur poenae declaratoria, & rescriptum executoriale ad Directores Circuli.

§. XXXI.

a) Differt ab hoc rescripti processu processus *informativus*, quando, priusquam annuitur precibus pro processibus supplicantium, decernitur Schreiben um Bericht hac formula:

Cum inclusione exhibiti rescribatur dem Herrn Fürsten zu N. hierüber sub termino

mino 2. mens. an Kayserliche Majestät ausführlichen Bericht zu erstatten. Additur nonnunquam inhibitio temporalis: Immittelst derselbe weitern Verfahrens in dieser Sache zu enthalten.

prout Augustissimus Imperator in Capitulatione sua artic. 19. num. 4. promisit, se mandata a subditis contra Status Imperii petita prius non decreturum, quam desuper per ejusmodi rescripta se informaverit.

b) Hæ literæ informatoriæ ad implorantis petitionem ipsi communicantur, seinen Gegen-Bericht zu erstatten, quo facto petiti processus pro re nata vel denegantur, vel decernuntur, quod posterius etiam fit, si, post terminum iterato ex officio datum, literæ informatoriæ haud exhibentur.

c) In Camera quoque processus informativus est in usu, ubi tamen Rescripti processus frequentari non solet.

d) Alio sensu rescriptum sumi pro expeditione nova processuum, in Camera debito tempore non extractorum vel insinuatorum, dixi 5. e.



CAPUT V.

DE
Processu Appellationis.

§. XXXII.

a) Vidimus processus primae instantiae. Pergimus ad illos secundae seu ulterioris instantiae, quales sunt appellatio, querela nullitatis, & restitutio in integrum.

b) Appellatio est provocatio ad judicem superiorem, ut tollat gravamen a judice inferiore illatum.

c) Hoc gravamen si a judice inferiore judicialiter per sententiam illatum, datur appellatio *judicialis*, sin extrajudicialiter, e. c. per mulctas, decreta &c. datur appellatio *extrajudicialis*.

d) Appellans ante omnia curet, ut appellatio fiat 1) a causa 2) a summa appellabili vid. 33. f. 3) gradatim ad judicem proxime superiorem, non per saltum, judice intermedio omisso, alias enim appellatio denegatur.

e) Quamobrem in summis Imperii tribunalibus nonnisi ab immediatorum sententiis appellari potest, & quidem eorum saltem, qui privilegio de non appellando * destituuntur, &

* Principi tamen in proprio suo judicio a subdito convento privilegium de non appellando haud prodest, quippe quod saltem causas subditorum inter se litigantium concernit.

& si summa est appellabilis, i. e. si gravamen æquat 600. fl. in sorte, ** vel 16. Thlr. annuorum redituum. R. I. N. §. 112. Decr. Com. Cam. 1603.

§. XXXIII.

a) Interponi debet appellatio vel stante pede ac viva voce, simulac publicata sententia, quod per extractum protocolli docetur, R. I. N. §. 58. vel per scriptum intra decendium a die publicatæ vel (si gravatus procuratorem apud acta non habuit) compertæ sententiæ, Notario, qui desuper instrumentum conficiat, exhibitum, & in quo, si ab interlocutoria appellatur, gravamen præcise exprimendum. *Num.* 106.

b) Porro intra trigesimum olim a publicata sententia DD. ad L. un. Dig. de lib. dimiss. hodie per Nov. 126. c. ult. & R. I. N. §. 61. seq. ab interposita appellatione judici a quo appellatio notificanda, ab eoque acta prioris instantiæ sæpius, vel saltem instanter, instantius, instantissime requirenda, ac facienda oblatio ad solennia, e. c. cautionem satisdationis, juramentum calumniæ, depositionem pecuniæ in casum succumbentiæ &c. si forte judex his privilegiis gaudet.

c) Quo

** Sors h. l. opponi videtur accessionibus tortuosæ ad summam augendam computatis: non usuris, super quibus in prima instantia principaliter disceptatum. Si appellans est pauper, summa appellabilis est dimidium. R. I. N. §. 114.

c) Quo facto appellans intra quadrimestre ab interposita appellatione vel in Camera, vel in judicio Aulico, (quorum concurrens est ju-
Num. risdictio, ita ut præventioni * sit locus) offer-
107. ri curet supplicam pro (plenis) appellationis processibus cum prorogatione fatalium, scil. ad insinuandos & reproducendos appellationis processus, quorum illud intra quadrimestre, hoc intra semestre ab interposita appellatione fieri deberet, R. I. N. §. 67.

d) Obtentos appellationis processus appellans tum judici a quo, tum parti adversæ per Notarium & testes insinuari, ac in termino reproductionis, qui est bimestris a die insinuationis, reproduci curet.

e) Alias &, si quid horum omnium neglectum, appellatio eo ipso habetur *deserta.*

f) Sicut *non-devoluta* censetur, si per saltum, vel a summa * aut causa ** non appellabili appellatum fuerit.

§. XXXIV.

* Omne decretum, imo etiam denegati appellationis processus præventionem operantur, it. Schreiben um Bericht. Si uterque appellavit, is prævenit, qui prius insinuari curat, licet alter citius forsan in altero judicio processus impetraverit.

* Vid. supr. 32. e.

** Sic a possessorio summarissimo, ab interdicto quorum bonorum, ab interlocutoriis, si gravamen per appellationem sequentem a definitiva reparari potest, item a causa ecclesiastica, matrimoniali & criminali ad pœnam corporis afflictivam tendente, appellari nequit, bene tamen wenn zwar pein-

§. XXXIV.

a) Quodsi appellatus e re esse ducat, mediante libello præoccupatorio appellantem prævenire, & vel pro executione sententiæ a qua, vel denegatione processuum appellationis supplicare, ante omnia curet, ut resciscat, num appellans coram Camerali an Aulico judicio appellationem introduxerit?

b) Quod facile comperiet, si post elapsum quadrimestre, quo introducenda est appellatio, coram judice a quo lapsum fatale, adeoque appellationis desertionem accuset atque executionem

peinlich aber nicht Leibsträffig geklagt und procedirt, e. c. ab infamia & bonorum publicatione irrogata, R. I. 1530. §. Item als jetzt etliche Zeit, Ord. Cam. part. 2. tit. 28. Si tamen circa pœnas afflictivas aut in processu matrimoniali in modo procedendi a judice inferiore peccatum, peti potest citatio ad videndum deduci principaliter nullitates cum inhibitione & compulsorialibus. Quo tamen casu causa principalis ad judicem a quo remittenda, aut mandatum de transmittendis actis ad impartiales decernendum. In immediatorum causis ecclesiasticis jurisdictio Consilii Imperialis Aulica fundata videtur. Instr. Pac. art. 5. §. 52. 54. Ord. Jud. Aul. tit. 1. §. 2. tit. 5. §. 21.

Jure Rom. a tribus conformibus sententiis non appellatur, L. un. C. ne liceat in una eademque caus. at in Germaniæ summis tribunalibus tales appellationes recipiuntur. A causa per delatum juramentum finita illicita est appellatio. L. 12. §. 1. C. de rebus creditis. Nec contumaci appellatio permittitur.

tionem ſententiæ petat. Tum enim vel documentum litispendentiæ à Camera, vel extra-
Num. 108. 109. ctum rerum exhibitarum, à judicio Aulico dari ſolitum, producere tenetur adverſarius appellans.

c) Atque tunc in judicio Aulico appellatus exhibere poterit vorläuffige Anzeige und Verwahrung, vel ſupplicam pro avertendo omni præjudicio, vel non attendendo ad eventualiter productas partis adverſæ petitiones, ſed eundem repellendo a limine judicii & denegandis frivole petitis appellationis proceſſibus. *

d) Tales ſupplica quidem haud raro rejici, aliquando tamen recipi, imo ad eam decerni quandoque ſolet:

> Ad acta, ſique ſupplicans lapſis fatalibus docuerit, quod judex prioris inſtantiæ ſententiam ſuam ad ejus preces non fuerit executus, ad ulteriorem ipſius petitionem fiet quod juris.

e) In Camera pro denegandis appellationis proceſſibus ſupplicare plane non licet, bene tamen pro maturanda ſententia non-devolutionis, ſeu in puncto non devolutæ appellationis, die Urthel gnädigſt zu befördern.

§. XXXV.

* Similis præoccupatio in aliis quoque caſibus fieri poteſt, e. c. allerunterthänigſte Verwahrung wider die von N. ſub- & obreptitie erhaltene Interceſſionales, juncto petito humillimo pro clementiſſime manutenendo in poſſeſſione. Conf. 54. *c*.

§. XXXV.

a) Requisita supplicæ pro appellationis processibus sunt, ut appellans memoret, quatenus se per sententiam a qua in addito instrumento appellationis * contentam gravatum sentiat, desuperque appellationis remedium arripuerit, fatalia teste appellationis instrumento debite observarit: cumque hæc appellatio nec quoad quantitatem summæ, nec qualitatem causæ ulli privilegio contrarietur **, judiciique jurisdictio ob judicis a quo immedietatem satis fundata sit, ipsa autem merita causæ ex subjuncto (aut producendo in termino *** ad id petendo) gravaminum libello sufficienter appareant, plenos appellationis processus peti.

b) Vocantur autem pleni, si continent citationem, inhibitionem & compulsoriales. † Minus pleni, ubi aliquid horum deest.

c) E. c.

* Instrumentum appellationis debet esse marginatum & in pergameno scriptum, vel saltem addi, pergameni copiam non adfuisse. Alias pronunciatur: Auf vorgedachtes Instrumentum appellationis abgeschlagen. Continere quoque debet schedulam requisitionis & sententiam a qua.

** In Camera supplicans hic simul se offerre debet ad præstandum juramentum appellationis, de quo 38. *h. i.*

*** Si iterata termini prorogatio petitur, legitimum impedimentum demonstretur. Alias appellatio pronuntiatur deserta.

† Est igitur appellationis processus mixtus ex processu citationis & mandati. Continet enim tum *citationem* appellati ad respondendum gravamini-

bus,

e) E. c. In appellatione a gravamine extrajudiciali compulsoriales peti nequeunt, quia acta nulla adsunt.

d) Inhibitio fieri nequit in causa cambiali, item alimentorum, item, si appellatus ante appellationem interpositam in possessione fuit, R. I. 1594. §. Die Inhibitiones; item, si appellatio partis periculo decernitur. Conf. 37. *e*.

§. XXXVI.

a) Libellus gravaminum quoad formalia se remittit ad appellationis instrumentum, quoad
Num. 110. 111. materialia, sub beneficio non deducta deducendi & non probata probandi, * acta prioris instantiæ in passibus quibuscunque deservientibus repetuntur, ex iisque brevis facti species præmittitur, posteaque singula gravamina recensentur, atque propterea pleni appellationis processus & reformatoria sententia rogatur.

§. XXXVII.

a) Posteaquam supplica pro appellationis processibus exhibita, judex vel referens probe exami-

bus, desuperque sententiam expectandam: tum *mandatum* ad reum æque ac judicem a quo de non attentando durante appellationis processu & edendo acta primæ instantiæ.

* Quamvis enim ob solam novam probationem non appellatio, sed restitutio in integrum admittatur, tamen, si ob aliud gravamen appellatio licita, novæ quoque probationes admittuntur, L. 4. C. de temp. appell.

examinat, an appellatio non devoluta sit ob præteritam forte instantiam, aut quoniam a causa vel summa non appellabili appellatum, porro an appellatio sit deserta ob fatalia neglecta.

b) Ubi si defectus quidam apparet, & appellans restitutionem in integrum petit, simulque justas causas probat, statim brevi manu, i. e. altera parte non audita, restituitur. Si vero easdem non satis probavit, adversario communicantur, vel petitur citatio ad videndum se restitui adversus lapsum fatalium.

c) In casu non devolutæ aut desertæ appellationis denegantur petiti appellationis processus, vel decernitur:

Fiat sententia non devolutoria cum condemnatione in expensas.

Remittatur supplicans ad forum præventum.

Appellatur nonnunquam a sententia, quæ gravamen nullum continet, quo casu, etiamsi judex a quo detulit appellationi, tamen illa non recipitur.

d) Si jurisdictio dubia, decernitur:

Wofern Supplicant jurisdictionem besser fundiren wird, soll ergehen was Rechtens.

e) Si documentum, quo appellans se ad solennia a judice inferiore non admissum vult docere, nondum adductum, sed ejus saltem spes facta, appellationis processus periculo partis petentis decernuntur. Ei quoque, qui viva

 voce

e) E. c. In appellatione a gravamine extrajudiciali compulsoriales peti nequeunt, quia acta nulla adsunt.

d) Inhibitio fieri nequit in causa cambiali, item alimentorum, item, si appellatus ante appellationem interpositam in possessione fuit, R. I. 1594. §. Die Inhibitiones; item, si appellatio partis periculo decernitur. Conf. 37. *e*.

§. XXXVI.

a) Libellus gravaminum quoad formalia se remittit ad appellationis instrumentum, quoad
Num. 110. 111. materialia, sub beneficio non deducta deducendi & non probata probandi, * acta prioris instantiæ in passibus quibuscunque deservientibus repetuntur, ex iisque brevis facti species præmittitur, posteaque singula gravamina recensentur, atque propterea pleni appellationis processus & reformatoria sententia rogatur.

§. XXXVII.

a) Posteaquam supplica pro appellationis processibus exhibita, judex vel referens probe exami-

bus, desuperque sententiam expectandam: tum *mandatum* ad reum æque ac judicem a quo de non attentando durante appellationis processu & edendo acta primæ instantiæ.

* Quamvis enim ob solam novam probationem non appellatio, sed restitutio in integrum admittatur, tamen, si ob aliud gravamen appellatio licita, novæ quoque probationes admittuntur, L. 4. C. de temp. appell.

examinat, an appellatio non devoluta sit ob præteritam forte instantiam, aut quoniam a causa vel summa non appellabili appellatum, porro an appellatio sit deserta ob fatalia neglecta.

b) Ubi si defectus quidam apparet, & appellans restitutionem in integrum petit, simulque justas causas probat, statim brevi manu, i. e. altera parte non audita, restituitur. Si vero easdem non satis probavit, adversario communicantur, vel petitur citatio ad videndum se restitui adversus lapsum fatalium.

c) In casu non devolutæ aut desertæ appellationis denegantur petiti appellationis processus, vel decernitur:

Fiat sententia non devolutoria cum condemnatione in expensas.

Remittatur supplicans ad forum præventum.

Appellatur nonnunquam a sententia, quæ gravamen nullum continet, quo casu, etiamsi judex a quo detulit appellationi, tamen illa non recipitur.

d) Si jurisdictio dubia, decernitur:

Wofern Supplicant jurisdictionem besser fundiren wird, soll ergehen was Rechtens.

e) Si documentum, quo appellans se ad solennia a judice inferiore non admissum vult docere, nondum adductum, sed ejus saltem spes facta, appellationis processus periculo partis petentis decernuntur. Ei quoque, qui viva

voce se appellasse narrat, seque desuper ad acta refert, creditur sine instrumento appellationis, & processus decernuntur. Præstat tamen prius rescribi pro informatione.

f) Si deficit documentum requisitionis actorum:

> Wofern Supplicant glaublich bescheinigen wird, daß die Acta voriger Instanz in gebührender Zeit Rechtens requiriret worden, soll darauf ergehen was recht ist.

g) Si sententiæ priores, ad quas sententia a qua se refert, libello non annexæ, decernitur:

> Si supplicans etiam sententias vel decreta priora intra duos menses produxerit, sequetur quod juris, suspensis interea fatalibus.

Vel:

> Wofern Supplicant tenorem prioris sententiæ in forma probante beylegen wird, soll darauf ergehen was recht ist.

h) Si ab interlocutoria appellatum, atque gravamen facile tolli a judice primæ instantiæ potest, decernitur:

> Cum inclusione exhibiti de præs. - - - rescribatur judici a quo, ut sublato gravamine in causa principali debite procedat, secus vero intra bimestre referat, salvis fatalibus.

i) Si denique omnia se rite habent, decernitur:

Cum

Cum inclusione exhibiti de praes. - - - re- *Num.*
scribatur judici a quo um Bericht sub 112.
term. 2. mens.

§. XXXVIII.

a) De insinuatione hujus rescripti, lapsoque termino, ad informandum praefixo, appellans rite docens, eventualem literarum informatorialium communicationem, aut in earum defe- *Num.*
ctu petitos appellationis processus decerni petit. 113.

b) Judex, si literae informatoriae nondum exhibitae, novum desuper concedit terminum, quo itidem sine paritione effluxo, judex inferior pro illa vice jus primae instantiae amittit, & decernuntur petiti appellationis processus.

Si vero literae informatoriae sunt exhibitae, *Num.*
ex iisque judex plane perspicit, gravamina ap- 114.
pellantis satis esse relevantia, statim sine praevia injunctione responsionis ad informationem judicis a quo decernit petitos appellationis processus, imo & pro re nata (si justitia appellantis satis deducta) suspensa eorum expeditione, gravamen tolli mediante rescripto jubet. Econtra si ex informatione clare satis apparet, frivolam esse appellantis petitionem, decernit:

Hat die gebetene Communication des eingelangten Berichts gestalten Sachen nach nicht statt, sondern e. c. werden Supplicanten an ihre Landes-Obrigkeit hiemit verwiesen, bey derselben ihre etwa noch habende gravamina anzubrin-

 gen

gen und darüber unpartheyische Administration der Justiz, so viel noch nicht geschehen, auch mit Verschickung der Acten ad impartiales geziemend zu bitten, vorbehalten bleibet.

Sed cum plerumque necesse sit, ut appellans super literis informatoriis audiatur, decerni solet:

Ponatur der eingebrachte Bericht ad acta, und kan Appellanten auf Anmelden e Cancellaria verabfolgt werden, mit dem Anhang, dafern er etwas dargegen einzuwenden habe, solches so gewiß in 2. Monaten beybringe, als sonst, dessen unerwartet, ergehen soll was Rechtens.

Num. *c*) In termino hoc præfixo, vel ad appellan-
115. tis instantiam prorogato, appellans exhibet re-
Num. sponsionem ad literas informatoriales, juncto
116. petito pro clementissime nunc decernendis plenis appellationis processibus.

d) Quos si judex denegat, potest, si vult, simul addere paritoriam, quod tamen raro fit. Aliquando sub certo modo causa ad judicem a quo remittitur, *e. c.*

Werden auf eingekommenen Bericht und Gegen-Bericht die gebetene Appellations-Processe abgeschlagen, und die Sache an Richter erster Instanz dergestalt remittiret, daß Appellant zu Ablegung der geforderten Rechnung vor eine unpartheyische Commission admittiret,

tiret, ihm dabey einen Notarium oder rechtlichen Beystand zu gebrauchen zugelassen, alles genugsam examiniret, und hierauf die Sache anderweit an ein unpartheyisches Rechts-Collegium zum Spruch Rechtens verschicket werden möge, auch ist der Salvus conductus vor Supplicanten in optima forma hiemit erkannt.

e) Sin petito judex annuendum censet, decernuntur pleni appellationis processus sub termino duorum mensium: vel, si pleni dari nequeunt, petiti appellationis processus, sive citatio cum compulsorialibus vel inhibitione.

f) Taxa in Cancellaria pro citatione solvenda est 16. fl. pro inhibitione 16. fl. pro compulsorialibus 16. fl. adeoque pro plenis appellationis processibus 48. fl.

g) Redemtos pro hac taxa processus appellans tum judici a quo, tum appellato per Notarium & testes in copia, ostenso simul originali, insinuari ac sub desertionis pœna acta priora cum decidendi rationibus denuo requiri curet.

h) Quodsi judex prioris instantiæ, privilegio de præstandis ab appellantibus cautione satisdationis & juramento calumniæ gaudens, eadem recipere ab offerente noluit, Judicium Aulicum, dum appellationis processus decernit, simul appellanti demandat, ut vel ipse cum

ſuo Advocato * vel per Agentem, (deſuper per duo diſtincta mandata, tum a principali, tum ab Advocato danda ſub deſertionis pœna inſtruendum) hoc juramentum cum cautione ſatisdationis in Judicio Aulico præſtet. **

Num. *i*) In cujus conformitate † Agens exhibendo
117. cautionem, nec non ſpeciale mandatum ad
118. præſtandum juramentum calumniæ, ſupplicat pro
119. dictæ cautionis ad acta poſitione, & admiſſione
120. ad præſtandum juramentum, huncque in finem denominanda certa die.

§. XXXIX.

Num. *a*) In reproductionis termino, qui eſt bime-
121. ſtris a die inſinuatorum appellationis proceſſu-
122. um, iidem in originali ab appellante ſub deſertionis

* Conſiliarii Principum ut ab omni calumniæ, ita & ab appellationis juramento ſunt immunes, R. I. N. §. 43. non autem a reſtitutionis & reviſionis.

** Juramentum appellationis Agens præſtat in animam Principalis. At in reſtitutione in integrum Procurator etiam in propriam animam jurat. Blum, tit. 48. §. 55.

† In Camera citra prævium decretum ſi apud inferiorem judicem nondum juratum, ſemper, ac etiamſi judex a quo nullo tali privilegio gaudet, procurator in reproductionis termino ſub pœna deſertionis ſpecialia mandata afferre & jurare debet, Decr. Comm. 18. Maj. 1668. Quod ſi omittit, pars appellata petit, ut appellatio pronuntietur deſerta. Prout in genere pœna non jurantis eſt, ut actor actionem amittat, reus pro confeſſo habeatur. Advocatorum pœna eſt marca auri. Decr. Comm. 28. Jan. 1657. §. 7.

ſertionis pœna ſunt reproducendi, eorum inſinuatio documentanda, ubi ſimul acta prioris inſtantiæ cum mandato procuratorio exhiberi poſſunt, juncto petito pro ponendis ad acta tum proceſſibus reproductis, tum mandato procuratorio, altero ejus exemplari parti appellatæ communicando, ac eventualiter decernenda communicatione exceptionum, aut procedendo in contumaciam, nec non denominanda certa die ad publicationem actorum primæ inſtantiæ.

b) Sin acta prioris inſtantiæ & procuratorium nondum adſunt, ſaltem reproducuntur inſinuati appellationis proceſſus, cum petito pro eorum ad acta poſitione, & eventuali exceptionum communicatione, aut proceſſu in contumaciam, nec non decernendis ulterioribus * compulſo- *Num.*
rialibus ** & indulgendo termino bimeſtri ad 123.
producendum mandatum procuratorium. Imo in praxi usque ad concluſionem in cauſa mandati

* Per ſimplices compulſoriales actorum editio pretio conſueto redimenda imperatur. At ulteriores ſi decerni judex expectat, gratis eadem edere jubetur. Blum. Tit. 52. §. 2.

** Simplicibus compulſorialibus ſi non paretur, de- *Num.*
cernuntur compulſoriales arctiores pœnales S. C.
cum comminatione amittendi juris primæ inſtan- 124.
tiæ, tandemque ſequuntur proceſſus fiſcales, ſeu 125.
citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnam com- 126.
pulſorialibus inſertam. Antequam vero ulteriores compulſoriales decernuntur, doceat appellans de adhibita circa actorum requiſitionem diligentia. Alias decernitur: Si ſupplicans de actorum requiſitione debite facta docuerit, ſequetur quod juris.

dati procuratorii productio admittitur, nec mora in eodem producendo admissa ullum præjudicium affert, secus ac in judicio Camerali, ubi nihil sine mandato reproducere licet.

c) Pars appellata in reproductionis termino prudenter emanet, expectans, num forsan ob omissam reproductionem appellatio fiat deserta: sin mavult, petit termini prorogationem, vel statim exhibet exceptiones, e. c. non-devolutionis, * desertionis, vel peremtorias cum petito pro confirmanda sententia a qua, & remittenda causa ad priorem judicem.

Num. 127. 128. 129.

d) His peractis judex decernit, quæ congrua existimat, e. c.

1. Ponantur reproducti processus appellationis ad acta.
2. Communicentur utrinque mandata procuratoria, alteris exemplaribus ad acta repositis.
3. Communicentur quoque exceptiones ad replicandum sub term. 2. mens.
4. Publicentur acta prioris instantiæ proxima die Lunæ præsentibus Commissariis & partium Procuratoribus. **

Vel:

* Daß die Sache an dieses allerhöchste Gericht nicht erwachsen, dannenhero pro complemento justitiæ ad judicem a quo zu remittiren. Oder daß die Sententia a qua mit Aufhebung der Inhibition so fort zu vollstrecken.

** Ubi tamen non præcise necesse, ut ambæ partes compareant. Sufficit, sigilla ab appellato esse recognita.

Vel:

Fiant ulteriores compulſoriales ſub termin. 2. menſ.

Detur petitus term. bim. ad excipiendum.

e) Si appellatus plane non reſpondet, decernitur:

Habeatur lis pro conteſtata, & appellans admittatur ad ulteriorem gravaminum deductionem. (Atque tunc ad appellantis petitionem lis pro conteſtata acceptari, & acta in contumaciam referri poterunt.)

f) Poſt replicas exhibitas in appellationis proceſſu uſque ad ſententiam eodem modo proceditur, quo ſupra in citatione procedi docuimus. In relatione proceſſus ponitur facti ſpecies, referuntur exhibita tum primæ tum ſecundæ inſtantiæ, & ſubjungitur votum, ubi oſtenditur, juriſdictionem ratione immedietatis & ſummæ appellabilis eſſe fundatam, mandata legalia adeſſe, formalia obſervata, qualis actio inſtituta? quatenus probata vel eliſa, quid denique tum in cauſa principali, tum quoad expenſas pronunciandum? In ipſa tamen ſententia formula in ſtatuum dicaſteriis uſitata: Daß die Appellation in ihren formalien beſtändig und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachſen, omittitur, &, dum ſuper materialibus pronunciatur, formalia tacite confirmata habentur. *Num.* 130. 131. 132.

g) Ubi in eadem cauſa ſuper diverſis gravaminibus diverſis temporibus appellatum, pronuntiatur: In Appellations-Sachen primi, ſecundi &c. libelli.

Num. 133. 134. *h*) Si prior ſententia confirmatur, cauſa ad judicem priorem remittitur. Sin reformatur, utut interlocutoria fuerit, tamen ulterior ventilatio in cauſa principali coram judice ad quem peragenda, quia judex ſemel gravans ſemper gravaturus præſumitur.

i) Sententiæ deſertionis, non devolutionis, executoriales non adduntur. Quoad expenſas vero & pœnam frivolæ appellationis cognitio & executio ad appellationis judicem pertinet.

§. XL.

a) Poſt interpoſitam appellationem ſi durante appellationis proceſſu judex a quo cognoſcere, aut appellatus turbare pergit, attentare dicitur.

Num. 135. 136. *b*) Quæ attentata mediante petito * mandato attentatorum revocatorio annullantur, & ſub pœna certa inhibentur.

c) Si tamen jurisdictio eſt dubia, attentata non prius revocantur, quam appellationem devolutam eſſe conſtet.

Num. 137. *d*) Excipiendo autem ſi oſtendatur, mandatum ſub- & obreptitie eſſe obtentum, deſuper replicatur, & ſimultaneo proceſſu hic punctus cum principali ventilatur, atque, ſi exceptiones ſunt relevantes, mandatum caſſatur.

e) Sin partis attentantis exceptiones irrelevantes deprehenduntur, nec ipſius paritio docetur, ad inſtantiam appellantis, prius mandatum repro-

* Extrajudicialiter in Camera. Rec. Viſit. 1713. §. 49.

producentis, ulterius decernitur cum citatione ad videndum se incidisse in pœnam, tandemque paritoria, & arctius mandatum attentatorum revocatorium sub pœna dupli, cum declaratione pœnæ priori contentæ; vel citatione ad videndum se incidisse in pœnam simplicis, si scilicet talis citatio nondum præcessit.

f) Si ipse Appellans attentat, e. c. spoliando possessione, appellatio deserta eique renunciatum censetur.



CAPUT VI.

DE
Querela Nullitatis, nec non denegata & protracta Justitia.

§. XLI.

a) Quemadmodum per appellationem sententia iniqua aut injusta corrigitur, ita sententia plane nulla per nullitatis querelam petitur cassari & aboleri.

b) Nulla autem dicitur sententia, quæ vel contra jus in thesi, vel omissis processus solennitatibus est lata.

c) Atque ejusmodi nullitas vel *sanabilis* est, quæ in secunda instantia potest emendari ac corrigi, e. c. si in causa non fuit conclusum, plura exempla vid. ap. Blum. tit. 56. §. 6 -- 22. vel *insa-*

insanabilis, & quidem vel *simpliciter* talis, * quando sententia omissis substantialibus processus lata, e. c. contra non citatum, a judice incompetente, vel *secundum quid* talis, quando contra jus in thesi aut ex actis mutilatis sententia lata.

d) Contra *hanc* nullitatis querela 30. annis potest institui: R. I. N. §. 121. seq. contra *illam* omni tempore, quia talis sententia nunquam transit in rem judicatam: contra *istam* denique intra decendium mediante appellatione interposita.

e) Quæ per appellationem adeoque *incidenter* in judicium deducitur nullitatis querela, eodem cum illa jure gaudet, ac appellatione deserta pariter censetur extincta, adeo ut post desertionem aliter urgeri amplius nequeat, quam si principaliter ac seorsim intra 30. annos denuo instituatur.

f) *Principaliter* autem hæc querela tantum contra nullitates insanabiles competit, contra sanabiles autem præcise intra decendium per viam appellationis, adeoque incidenter est movenda.

g) Institui quidem potest nullitatis querela coram eodem, qui eam commisit, judice, consultius tamen aditur superior.

h) In Judicio Imperii Aulico nullitatis querela & actio Syndicatus † contra sententias ibidem latas

* Potest tamen nullitas insanabilis simpliciter talis per subsecutam ratihabitionem sanari. Sic qui appellat a sententia lata contra falsum Procuratorem, omnia ejus gesta ratificat, admissasque nullitates sanat. L. 3. §. 1. Dig. rem ratihab.

† In Camera actio Syndicatus per Rec. 1532. art. 3. §. 16. **Und damit unser Cammer-Richter 2c.** contra

latas non admittitur. Portner ad Ord. Jud. Aul. p. 87. sed casu eveniente ad restitutionis remedium confugiendum.

i) At contra sententias in Statuum dicasteris latas in summis Imperii tribunalibus nullitatis querela omnino admittitur, dummodo super summa appellabili instituta, nec repugnet privilegio de non appellando forte ad nullitates (sanabiles) diserte extenso. Nam super insanabilibus privilegium dari nequit.

k) Petitur in libello nullitatum vel supplica *Num.* pro citatione ad videndum deduci principaliter 138. nullitates cum compulsorialibus & inhibitione: 139. In Rechten zu erkennen, und auszusprechen, daß übel, nichtiglich und widerrechtlich procediret und geurtheilt.

l) Judex contra Sententias Camerales permittitur. Prodiit 1706. geführte Syndicats-Klage juncta denunciatione & incidenti querela nullitatis pro imperanda indemnisatione, & eventuali reductione, ac restitutione in pristinum statum, annexo humillimo petito legali ulteriori pro renovando sequestro, & decernendo Rescripto Cæsareo de nihil alienando, nec permutando, nec oppignorando in mobilibus, ac arrestatorio a Jo. Gothofr. Bar. de Kielmannsegg, Erbherrn der Herrschafft Beföll, Obristen, proprio & uxorio nomine, contra Cameræ Imperialis Præsidem F. A. D. L. B. de J. & ejus Assessores C. J. de F. & C. B. de B. Referenten & Correferenten in dem bey dem Kayserlichen Cammer-Gericht in Sachen von Kielmansegg contra Rolloffs Erben zu Hamburg unrecht und nulliter abgeurtheilten Sache. Casu eveniente Syndicatus, prout revisio, Moguntino intimandus eodemque modo ventilandus.

l) Judex si defectum quendam in supplica deprehendit, interloquitur e. c.

> Würde Supplicant diejenige Nullitæten, welche angegebener massen insanabilem defectum nach sich führen, in specie beybringen und deduciren, soll darauf ferner ergehen, was recht ist.

m) Si querelam super nullitate sanabili cum appellatione motam animadvertit, appellationis processus decernit: sin sine appellatione, denegat. Blum. tit. 71. §. 14.

n) Porro si super insanabili, decernit citationem & compulsoriales sine inhibitione, quia pro judice præsumitur. Si denique nullitas apparet notoria, aut damnum irreparabile, e. c. famæ jactura metuitur, simul decernit inhibitionem.

o) Postea eadem ratione, ut in appellationis processu, proceditur, nisi quod in sententia super nullitate principaliter mota pronuncietur:

> Daß übel und nichtig procediret und geurtheilet.

At si nullitas incidenter cum appellatione deducta, & iniquitas, non autem nullitas, deprehenditur, pronunciatur:

> Daß widerrechtlich geurtheilet und wohl davon appelliret.

Si iniquitas & nullitas sanabilis simul:

> Daß nichtig und widerrechtlich geurtheilet, überflüßig und wohl davon appelliret.

Denique si nullitas insanabilis, ita ut appellatio videatur superflua:

Daß

Daß nichtiglich geurtheilet, überflüßig davon appelliret, derowegen solche Urthel für null und nichtig zu declariren und erklären.

§. XLII.

a) Quodsi per documenta sufficienter probari potest, judicem inferiorem vel denegasse vel protraxisse justitiam, (vel reum in processu Austregali intra mensem ab actoris petitione judicem non nominasse) & jurisdictio summorum Imperii tribunalium, vel ob judicis immedietatem, vel alias satis fundata apparet, peti & decerni elective potest,

vel citatio contra reum ad assumendam causam in Aula Cæsaris vel Camera, Ord.Camp. part. 2. tit. 26. §. ult.

vel Mandatum S.C. de administranda justitia, vel exequenda propria sententia.

vel promotoriales seu literæ, quibus judex inferior intra spatium præfixum supplicanti justitiam administrare jubetur. * *Num.* 140.


b) Promotorialibus si judex inferior haud paruerit, ad partis ulteriorem petitionem, & reprodu- *Num.* 141.

* In Criminalibus & Matrimonialibus promotoriales nunquam decernuntur, quia in casu non promotæ justitiæ hæ causæ ad summa tribunalia devolvi non possent. Quare tunc mandata pœnalia de administranda justitia, de procedendo juxta Constitutionem Carolinam decernuntur. Blum. tit. 37. §. 30. Judicium Aulicum Rescripta pro excitanda justitia ad Cameram, non autem hæc vice versa ad Judicium Aulicum decernit.

productionem promotorialium, causa vel avocatur per rei citationem, vel decernitur contra
Num. 142. judicem Mandatum S. C. de administranda justitia sub pœna certa, quo itidem spreto ac re-
Num. 143. producto, judex declaratur in pœnam mandato insertam, arctiusque decernitur.

c) Monitoria quoque in ipso etiam Camerali Judicio de exequendo sententiam Cameralem loco petiti mandati nonnunquam extrajudicialiter decernuntur, hoc modo:

> Wird an statt des gebetenen mandati de exequendo der Herr Fürst zu N. gestalten Umständen nach mit würcklicher Vollziehung der Cameral-Urthel de - - alles Einwendens ungehindert fortzufahren hiemit erinnert, damit nicht nöthig sey, auf fernere Beschwerden dem Creysausschreibenden Fürsten die Execution aufzutragen.



CAPUT VII.

DE

Restitutione in integrum.

§. XLIII.

a) Consideravimus modos, quibus gravamen per sententiam judicis inferioris illatum tollitur. Reliquum est, ut videamus, qua ratione iis, qui per sententias in ipsis summis Imperiis tribunalibus latas se gra- vatos

tos sentiunt, succurratur, quod duplici fit ratione, per restitutionem in integrum ac revisionem.

b) Restitutio in integrum est remedium, quo ob novas & antea non adductas allegationes causa redintegratur, seu in pristinum statum reponitur.

c) Quamobrem hæc in integrum restitutio etiam peti poterit adversus sententiam judicis inferioris, tum apud ipsum inferiorem judicem, tum apud superiorem, quo tamen casu requiritur, ut petatur super summa appellabili intra quadriennium. Tunc, si justa videtur restituendi causa, decernitur:

Fiat citatio ad videndum se restitui in integrum cum inhibitione executionis.

Ord. Cam. part. 3. tit. 52. * Si tamen restitutionis causa valde dubia, prævia cautione a victore præstanda, executio permittitur, vel, quod præstat, sequestratio decernitur.

d) Hic inprimis agimus de restitutione petita adversus sententiam in Judicio Aulico latam. Peti illa potest per eundem Agentem, qui antea causam oravit, non autem per Notarium. (In Camera per eundem Procuratorem, Blum. tit. 78. §. 3.)

e) Formula hæc est: Anwald bittet allerunterthänigst, aus angeführten wichtigen Motiven, seinen Principalen contra dictam sententiam, ob instrumentum noviter repertum, allergnä- Num. 144.

G digst

* Hodie in Camera restitutio in integrum adversus sententiam judicis inferioris, etsi immediati, non admittitur, vi Decret. Commun. d. 7. Apr. 1702.

digst restitutionem in integrum angedeyhen zu lassen, und will zu solchem Ende, und zu Legitimation seiner Person, sowohl von seinen Principalen, als dem Advocato causæ, die benöthigte Vollmachten, resp. ad agendum & jurandum, sub A & B übergeben, sich zu dem gewöhnlichen Eyde, auch, falls ad restitutionem in integrum etwas mehrers de jure & consuetudine erfordert werden solte, zu dessen Befolgung allerunterthänigst anerboten haben.

f) Requiruntur ad hanc restitutionem:

1. Novæ rationes, (e. c. nova documenta) quas antea supplicans vel ignoravit, vel rei non inservire credidit, die er vorher nicht gewust, oder zur Sache undienlich erachtet.

2. Ut petatur intra quadriennium a die scientiæ, L. ult. pr. C. de temp. in integr. rest.

3. Oblatio ad juramentum ab Advocato & Principali vel horum saltem Procuratore præstandum, quod ob rationes antea ignotas nec per calumniam hoc remedium adhibeatur.

4. Si a Procuratore hoc peragendum, statim cum supplica pro restitutione in integrum offerat duo mandata specialia, unum a
Num. Principali, alterum ab Advocato, nec au-
145. ditur, si terminum ad mandata producen-
146. da ultra quadriennium prorogandum petat, utut ad producendum libellum restitutionis termini prorogatio peti possit.

g) Si adducta restitutionis causa irrelevans aut insufficiens deprehenditur, denegatur petita restitutio.

h) Sin gravis satis fuerit, decernitur:

Admittatur supplicans ad juramentum, quo prævio communicetur libellus parti adversæ sub term. 2. mens.

In Camera quandoque:

Fiat citatio ad videndum se restitui.

i) Postquam reus exceptiones adduxit, statim, (vid. 44. *n.*) citra actorum inrotulationem, acta a referente (qui idem potest esse, qui concepit sententiam, contra quam petitur restitutio) referuntur, nec replicæ ulterioresve positiones solent admitti, sed fertur sententia prioris vel confir- vel reformatoria citra additam restitutionis mentionem.

k) Durante restitutionis processu sistitur executio, utpote qui habet effectum suspensivum, Ord. Cam. part. 3. tit. 52.

l) Post petitam & denegatam restitutionem in integrum peti & concedi adhuc potest revisio, R. I. 1600. §. 144. Als auch Streit vorgefallen 2c. non autem post denegatam revisionem restitutio in integrum, quod tamen asserit Schweder. de electione concurrentium remediorum.

m) Si quis contra lapsum fatalium vel termini præjudicialis ex causa evidenti, altera parte non audita, quod *brevi manu* vocant, restituitur, decernitur:

Rescisso concluso contumaciali de - - vel: Prævia restitutione brevi manu detur ter-

 minus-

minus 2. mens. ad producendum libellum, replicas &c.

Num. 147. 148. *n*) Peti potest hæc restitutio brevi manu intra tantundem temporis, quantum antea re adhuc integra petens habuit. Conc. Ord. Cam. p. 3. tit. 62. §. ult.

o) Sin petitur citatio ad videndum se restitui contra lapsum fatalium, petitum non modo ad citandum, sed præcise etiam ad restituendum debet dirigi.



CAPUT VIII.
DE
Revisione.

§. XLIV.

a) Revisio sententiæ in Judicio Aulico latæ petitur per modum supplicationis, ad Imperatorem hunc in finem directæ, ut acta judicialia denuo, adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utraque religione æquali numero Consiliariis, & qui (concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certe) referentium & correferentium partes non sustinuerint, revideantur. Instr. Pac. art. 5. §. 55.

b) Requisita hujus supplicæ sunt, ut petatur revisio

1. super

1. super causa appellabili & summa minimum 2000. fl. in sorte. R. I. N. §. 125. 127. Hinc non indulgetur revisio sententiæ, quæ in appellationis instantia duas præcedentes conformes inferioris instantiæ sententias confirmavit. Supr. 33. *f*.

2. Intra quadrimestre spatium a lata (non insinuata) sententia computandum, dict. §. 125.

3. Ut offerantur sportulæ, prævia Consilii taxatione deponendæ.

4. Juramentum revisorium seu calumniæ, &, si illud per mandatarium præstandum,

5. Duo specialia mandata, unum a parte, alterum ab Advocato causæ. Hæc si post elapsum quadrimestre producuntur, utut termini prorogatio fuerit petita, revisio habetur deserta.

c) Liberum est pro revisione supplicanti, num simpliciter ad acta priora se referre, eorumque revisionem petere, an speciatim gravamina, quibus se gravatum sentit, supplicæ inserere, an denique termini prorogationem ad producendum libellum gravaminum (cui vero nova nulla debent inseri) petere velit, quo tamen casu impedimenta allegare & demonstrare debet. Alias ipsi præcluditur facultas gravamina exhibendi, & vel simpliciter revisio priorum instituitur, vel pro re nata revisio plane deserta pronuntiatur.

Num. 149. *d*) Tenor itaque supplicæ talis circiter erit: Quatenus supplicans ejusve principalis se per appositam sententiam priorem gravatum sentiat, & ex bonæ suæ causæ confidentia ad remedium supplicationis in Imperii legibus permissum recurrere necessum habeat. Quamobrem
Num. 150. 151. ad justificanda requisita solennia, se exhibere mandata specialia tum principalis tum advocati causæ, ad præstandum juramentum revisionis, seque ad præstandum dictum juramentum, nec non depositionem sportularum, prævia earum taxatione, nec non alia quævis, si quæ de jure vel consuetudine requirantur, solennia offerre. Quoad causam ipsam additur brevis facti species cum statu controversiæ, nec non argumentis pro negativa & affirmativa, cum illorum refutatione, subjuncto petito de actis revidendis, sententiaque reformanda & cassanda.

e) Referens, qui alius esse debet, quam qui priorem sententiam concepit, ubi quoddam ex memoratis requisitis deesse animadvertit, revisionem tanquam desertam denegabit.

f) Si vero omnia se rite habent, decernit:

Si supplicans procurator - - - fl. loco sportularum ad manus Secretarii N. intra 2. mens. deposuerit, tunc ad præstandum tam Principalis & Advocati, quam proprio nomine, juramentum admittetur, eoque præstito libellus gravaminum adversæ parti communicabitur.

Vel:

Vel:

Würde Supplicant innerhalb 2. Monat, so ihm sub pœna desertionis præfigiret werden = = = fl. loco sportularum in die Hände des Kayserlichen Hof-Raths Secretarii N. deponiren, so ergehet alsdenn in puncto petitæ admissionis ad juramentum ferner was recht ist.

g) Si sportulæ nimis graves videantur, revidens, der revidirende Anwald, i. e. pro revisione supplicans, earum diminutionem petit. Alias vero exhibet documentationem depositarum sportularum in satisfactionem Conclusi de - - - juncto petito pro clementissime præfigenda die ad præstandum juramentum revisorium. *Num.* 152.

h) Desuper decernitur:

Admittatur supplicans ad juramentum proxima die Lunæ præsente partis adversæ mandatario. *Num.* 153.

i) Quodsi libellus revisorius nondum communicari jussus, pars adversa, der Revidirte Anwald, exhibet Anzeige præstiti quidem a parte adversa juramenti revisorii, sed nondum ad communicandum decreti libelli revisorii, juncto petito pro decernenda ejusdem communicatione. *Num.* 154.

Decernitur:

Communicetur libellus supplicatorius parti adversæ sub term. 2. mens.

k) Quo facto revidens exhibet documentationem insinuati libelli supplicatorii de - - - & lapsus termini ad excipiendum præfixi, juncto petito pro eventuali exceptionum communicatione aut reformanda sententia.

l) Pars adversa, der Revidirte Anwald, vel termini prorogationem petit (quæ iteratis etiam vicibus, sub comminatione litis alias in contumaciam pro contestata, & libelli pro confessato accipiendi, indulgetur,) vel exhibet exceptiones cum petito pro confirmanda sententia.

m) In his exceptionibus deducit, quæ tum quoad formalia tum materialia monenda videntur, penitus autem abstinendum a novis ullis inferendis sub pœna rejectionis.

n) Desuper decernitur:

Communicentur exceptiones ad notitiam parti adversæ, quo facto referantur acta.

Nam revisionis processus non inrotulantur.

o) Exhibita documentatione insinuatarum exceptionum, cum petito pro nunc promovenda actorum relatione, eadem referuntur, & sententia fertur vel reformatoria, quo casu sportulæ depositæ restituuntur, ut & si per amicabilem compositionem a judice tentandam lis sopitur: vel prioris confirmatoria, atque tunc sportulæ depositæ inter Consiliarios dividuntur.

§. XLV.

a) Durante revisionis processu executio prioris sententiæ non sistitur aut suspenditur, sed

eadem

eadem vi R. I. N. §. 124. peragitur, dummodo victor executionem petens victo revidenti caveat de restituendo omnia in casum succumbentiæ.

b) Quem in finem revidens exhibet **allerunterthänigste Anzeige und** Cautions=**Begehren** annexo petito pro clementissime injungendo parti adversæ juxta tenorem R. I. N. §. 124. cautionem sufficientem. *Num.* 155.

c) Victor postquam cautionem in scriptis obtulit, illa communicari decernitur parti victæ pro declaratione, num sufficientem agnoscat. *Num.* 156.

d) Si dubium occurrit, ad Principes circulares, Magistratus aut Commissarios, rescribitur pro informatione, quæ partibus ad petitionem communicatur, & cuique una positio desuper permittitur.

e) Plerumque tamen tantæ suboriuntur circa cautionis punctum difficultates, ut rarissime executio exitum capiat, sed dispositio Recessus de effectu revisionis non suspensivo semper fere eludatur.

f) Status Imperii in scriptis sub oppignoratione omnium bonorum cavere solent. Quia tamen hæc bona plerumque nexui feudali aut fideicommissario sunt obnoxia, judicis arbitrio dijudicandum, an talis cautio sufficiens reputanda.

g) Pariter ubi executio damnum irreparabile aut animarum periculum post se trahit, ut in causis religionis & spiritualibus, illa merito usque ad finitam revisionem suspenditur.

§. XLVI.

a) In Camera revisio jam ab anno 1548. conceditur Ord. Cam. part. 3. tit. 53. Debet
Num. illa in scriptis interponi apud Electorem Mo-
157. guntinum, tanquam Archi-Cancellarium Imperii, aut, si ipse Moguntinus interessatus, apud Trevirensem, juncto petito, ut documentum seu attestatum interpositæ revisionis impertiri dignetur, & revisionem interpositam Cæsareæ Maje-
Num. stati, ac futuris revisoribus indicet, eamque ju-
158. dicio Camerali quam primum notificare velit.

b) Moguntinus indistincte dat (nam non ad eum, sed Cameram spectat cognitio, an revisio bene aut male interposita) documentum interpositæ revisionis, quod revisionem petens in Camera, & publica ejus audientia, per Nota-
Num. rium Cameræ non subjectum, absolutis Procura-
159. torum ordinibus, produci curat.

c) Iste Notarius simul procuratorium & mandata ad jurandum tum a principali tum causæ advocato exhibet, seque ad jurandum offert, ut & ad depositionem pecuniæ succumbentiæ, cujus specificationem petit, quæ omnia intra quadrimestre a lata sententia sub desertionis pœna peragenda.

d) Prius igitur, quam revisionis juramentum præstatur, Camera judicat non modo de fatalibus & formalibus revisionis, nec non de cautione victoris, sed & de succumbentiæ pecunia ab eo, qui revisionem petit, deponenda, salva tamen revisorum quoad hunc passum ratifica-

tificatione, Procurator illud juramentum juxta praxin invito R. I. N. §. 125. non in propriam, sed Principalis & Advocati animam præstat. Blum. tit. 77. §. 17.

e) Gravamina si quæ revisionem petens addere vult, intra idem quadrimestre, ni prorogatio petita; libellus gravaminum, ad Imperatorem ratione tituli directus, in duplo solet exhiberi, apertum unum exemplar pro Moguntino, alterum clausum, a Moguntino Notario Procuratori redditum, ab hoc in Camera producitur, ibique clausum usque ad adventum revisorum asservatur, ne Collegio Camerali & parti, antequam judicium revisorium instituitur, innotescant gravamina.

f) Instituto autem revisorio judicio revisores sportulas determinant, gravamina aperiunt, & parti adversæ communicant, quæ suas exceptiones unico scripto absque novorum admixtione producat.

g) Post hæc Commissarii Cæsarei ac deputati statuum Consiliarii cum Assessoribus, qui sententiam tulerunt, acta diligenter revident, atque hi in illorum præsentia rationes latæ sententiæ indicant, quas Consiliarii soli, remotis Assessoribus, præstito prius jurejurando, ponderant.

h) Si prior sententia reformatur, parti deposita pecunia restituitur, item si pars revidens ante cœptam revisionis deliberationem eidem renuntiat: sin prior sententia confirmatur, pecunia in sumtuum reparationem vel fisco cedit. *Num.* 160.

i) Utro-

i) Utroque autem casu sententiam sive confirmatam sive reformatam Camera curat executioni per eos mandari, quibus illa incumbit. Atque si sententia interlocutoria fuit reformata, causa tamen ad Cameram remittitur.

§. XLVII.

a) Revisionis revisio concedi non solet, utut, si prior sententia reformata, haud inique concederetur. Ord. Cam. part. 3. tit. 53. Bender de Revis. Concl. 73. n. 31.

b) Plane extraordinarium erat, quod 1671. in ventilata coram Judicio Aulico causa Vergogne inter Raphaëlem & Neapoleonem Spinolas superrevisio per delegatos Consiliarios intimos instituta.

c) Paria si revisorum vota existunt, quod 1706. in causa Erbmannorum Monasteriensium contigit, re ad Comitia delata, Collegium Electorale nil esse actum, reliqui status priorem sententiam confirmatam existimabant.

§. XLVIII.

a) Quomodo revisio differat a restitutione in integrum, facile est intellectu. Restitutio novas rationes requirit: revisio easdem non admittit.

b) Restitutio suspendit executionem: revisio non æque.

c) In revisione sportulæ sunt deponendæ: in restitutione non item.

d) In restitutione manet idem judex, referens, & correferens: in revisione alius nominatur.

e) Resti-

e) Restitutionis fatale est quadriennium: revisionis quatuor menses.

f) Post restitutionem denegatam revisio indulgetur: non autem post revisionem denegatam restitutio.



CAPUT IX.
DE
Commissionibus.

§. XLIX.

a) Commissiones ad totam causam, zu Verhörung einer Sache, in Camera dari non solent, at frequenter satis in Judicio Aulico.

b) Dantur tales Commissarii vel ex officio, vel nominantur & petuntur a parte supplicante, cujus petitis si annuitur, decernitur:

Fiat ad petitum supplicantis (vel priori casu: ex officio) Commissio * in N. & N. cum clausula: seorsim & conjunctim, ut inter partes coram se vel subdelegatis suis citatas amicabilem compositionem sedulo tentent aut tentari curent: ea vero non secuta, super causæ meritis illas hinc inde vel ipsi, vel per subdelegatos summarie audiant, atque acta inrotulata & clausa cum voto suo ad Consilium Imperiale Aulicum decidenda remittant. In

* Additur: auf die Austräg, si Commissio est Austregalis.

In Commissione ad Austregas loco ultimorum horum verborum ponitur:

Ea vero non subsecuta, processu summario utramque partem audiant, causamque juxta Austregales sacri Imperii Constitutiones decidant.

Vel:

Daß sie autoritate Cæsarea beyde Theile auf einen gewissen bestimmten Tag, und gelegene Wahlstatt, vor sich oder ihre Subdelegirte, selbsten oder durch ihre Gevollmächtigte zu erscheinen, heischen und laden, sie in obberührten ihren habenden Irrungen, Klag, Antwort und Gegen-Rede und all andern ihren Vorbringen nothdürfftiglich verhören, und alsdenn allen möglichen Fleiß vor- und anwenden, beyde Theile durch billig- und erträgliche Mittel in der Güte zu vergleichen, oder, da dieselbe wider Verhoffen nicht statt finden wolte, auf solchen unversehenen Fall dieselbe auf einen kurtzen summarischen Proceß veranlassen, und dadurch die Strittigkeit der Gebühr und Billigkeit nach entscheiden.

Num. c) In cujus sequelam Commissarii, addita
161. Commissorialis copia, partes ad locum in Com-
162. missoriali nominatum, aut, si is determinatus
163. non est, sed citatio ad locum commodum, an
164. eine gelegene Wahlstatt, injuncta, plerumque ad

ad locum negotii, super quo cognoscendum, ac ubi subsidia necessaria sunt in promtu, citant.

d) Atque commissionem coram partibus comparentibus, & Actuario ad Commissionem electo, speciatimque jurato aperiunt, breviter narrando contenta Commissorii, illudque in originali producendo, una cum subdelegationis mandato, si forte Commissarii sunt subdelegati.

e) Partes pro benevole suscepta Commissione, terminoque præfixo gratias decentes persolvunt, seque, si ipsi principales non sunt, per mandatorum productionem legitimant, & resp. ad compositionis amicabilis propositiones, eatumque auscultationem vel prætensionum liquidationem offerunt, vel desuper protestantur, si forsan quicquam deberi negant. Quo facto mandata ultra citraque * recognoscuntur, desuperque monenda ab Actuario diligenter notantur. *Num.* 165.

f) Propositionibus ad amicabilem compositionem factis haud forsan acceptatis, proceditur ad causales, & partes plerumque loco oralis recessus in scriptis suas prætensiones, exceptiones, replicas, duplicas, imo & sextuplicas exhibent.

g) Post factam utrinque submissionem, Commissarii desuper relationem cum voto ad Imperatorem *Num.* 166. 167.

* In Commissionibus ad amicabilem compositionem de stylo judicii Aulici partibus copia mandati dari non solet.

ratorem tanquam committentem transmittunt, erstatten an Ihro Kayserliche Majestät ihren allerunterthänigsten Commissions-Bericht, nebst Beyfügung des Protocolls und ihres rechtlichen Actenmässigen Gutachtens. Qua in re si moras nectunt Commissarii, desuper ab impetrante, cujus interest, rem maturari, interpellantur. Quo omisso, si impetrans apud judicium Aulicum conqueritur, decerni solet:

Wird pars impetrans seines bey der Kayserlichen Commission in Sollicitirung des Berichts angewendet- gebührlichen Fleisses halber zulängliche Bescheinigung beybringen, so erfolgt ferner Verordnung.

h) Post transmissam a Commissariis relationem partes vel supplicant pro clementissime
Num. concedenda communicatione relationis Commis-
168. sionalis, cum termino ad agendum desuper
Num. agenda, vel pro maturanda relatione actorum
169. Commissionalium, nec deferendo petito partis adversæ, sed potius denegando communicationem actorum, ad causæ protractionem tendentem.

i) Decerni solet:

Ponatur der Commissions-Bericht sub præs. d. - - - ad acta, und kan denen partibus interessatis nunmehro, jedoch remotis votis, auf Anmelden e Cancellaria verabfolget werden, mit dem Anhang, daß, wenn ein oder der ander was erheblichs dagegen einzuwenden hätte,

hätte, solches innerhalb 2. Monaten beybringen, oder, dessen ohnerwartet, so dann was Rechtens verfügt werden solle.

k) Producta partium exhibita communicantur ad notitiam, ac referuntur acta, ubi per conclusum vel lis deciditur, vel decernitur Commissio *Aulica*, Hof-Commission, (quæ opponitur modo descriptæ *locali*) *e. c.* *Num.* 170.

Fiat ex officio tentamen amicabilis compositionis, zu dem Ende die Kayserliche Reichs-Hof-Räthe N. und N. zu Commissarien ernennet, auch beyde Theile erinnert werden, ihre hinlängliche Vollmachten und Instruction hierzu innerhalb 2. Monaten anhero zu schicken.

l) Partium procuratores producendo mandata specialia in conformitate dicti conclusi supplicant pro eorum resp. ad acta registratione ac communicatione aperiendaque Commissione. *Num.* 171. 172.

m) Desuper decernitur:

Ponantur die beyderseitige Original-Mandata ad acta, & promoveatur nunc Commissio Aulica.

n) Si abrumpenda aut finienda videtur Commissio, decernitur:

Wird nunmehro die erkannte Commission wieder aufgehoben (quæ si localis fuerit, additur) hocque notificetur dem Kayserlichen Herrn Commissario.

Quodsi Commissio saltem suspensa, remoto

Num. ejusdem impedimento pro ejus reassumtione,
173. mortuo Commissario pro ejus transscriptione,
174. mortuo committente pro renovatione Commis-
174.*b.* sionis supplicandum. Si Commissio tendit in
175. præjudicium tertii, hic pro eadem cassanda supplicatur.

o) De Commissionibus ad examinandos testes tum in judicio Aulico, tum in Camera dari solitis, vide dicta §. 15. Talis Commissio testes non per literas subsidiales sed immediate citat. Commissiones ad amicabilem compositionem, ad liquidandum, ad rationes audiendas, ad inspectionem ocularem itidem tum in Camera tum in judicio Aulico decernuntur. Ordinatio Cam. tamen part. I. tit. 13. §. 5. Assessores Cameræ Commissionibus gravare vetat, quod secus est in Consiliariis Imperii Aulicis Ord. Jud. Aul. tit. I. §. 4. Assessores Augustani Vicariatus judicii itidem a Commissionibus sunt immunes.

p) De Commissione ad exequendum in judicio Aulico dari solita, vide dicta §. 19. & 28. *o.*

q) Commissiones ad dividendum quoque peti & decerni solent. Exhibetur e. c. allerunterthänigste Erklärung auf das exhibitum d. - - - und das darin in Vorschlag igebrachte Theilungs-Project, juncto petito humillimo pro decernenda Commissione Cæsarea ad dividendum. Quo casu eo quem diximus modo iterum proceditur.

r) Ad Commissionum materiam pertinet quoque

quoque processus Austregarum, quippe quæ vi commissionis Cæsareæ sibi delatæ judicant, id *Num.*
tamen peculiare habent præ reliquis Commis- 176.
sionibus, quod mortuo Imperatore committen- 177.
te non expirent, sed continuentur. Ad co- 178.
gnoscendum Austregarum processum apprime conducunt tabulæ, ab amico benevole communicatæ, ad calcem opusculi subjunctæ. Post sententiam ab Austregis latam decernit judicium Aulicum vel Camera mandatum executoriale ad partem condemnatam, &, si hæc non paret, judicium Aulicum decernit commissionem ad exequendum: Camera mandatum de exequendo ad circuli directores.



CAPUT X.

DE
Caussis Gratiæ.

§. L.

a) Gratialia, quæ Imperator concedere solet, vel præviam caussæ cognitionem requirunt, vel minus.

b) Gratiam petens, quæ nulla discussione judiciali indiget, supplicam suam Vice-Cancellario Imperii exhibet, qui desuper vel ipse, vel per Secretarium expeditionis Imperatori refert, ac juxta ipsius resolutionem expeditionem in Cancellaria fieri jubet.

c) Ubi vero causæ cognitio præcedere debet, illa vel privative ad judicium Aulicum pertinet, vel Cameræ concurrens desuper competit jurisdictio, e. c. in immediatorum adoptione, emancipatione, confirmatione tutorum (si scil. feudum regale non adest, de tali enim, si quæstio vertitur, solum judicium Aulicum cognoscit) pactorum ac testamentorum, concessione salvi conductus, Notariorum creatione &c.

d) His igitur casibus si supplicans judicium Aulicum adire cupit, libellum suum per janitorem Præsidi tradi curat. Hic referentem nominat, qui desuper consilio congregato refert, latam vero per vota majora resolutionem sive conclusum Secretarius in protocollum refert, modoque consueto supplicanti edit.

§. LI.

Num. *a*) In adoptione requiritur,

178.b. 1. Ut adoptans adoptandum 18. annis præcedat §. 4. Inst. de adopt.

2. Si arrogandus vel adoptandus est impubes, Curatoris vel patris consensus.

3. Si arrogandus est impubes, ut arrogator caveat de restituendis bonis arrogati, infra pubertatem decedentis, nec exheredando arrogato infra quartam bonorum.

§. LII.

a) In emancipatione, præmissis ejusdem causis moventibus, inprimis doceatur de consensu emancipantis & emancipandi.

b) Sup-

b) Supplicam Ludovici Comitis Lœvvenſtei- nienſis pro admiſſione ad actum emancipandi filios in judicio Camerali vid. in Blum. Supplic. Cam. tit. 14. num. 33. *Num. 179.*

c) Fit emancipatio vel inter præſentes coram judice, qualis erat modo memorata Lœvvenſteinenſis, & vocatur Juſtinianea: vel inter abſentes reſcriptum a judice impetrantes, quæ Anaſtaſiana vocatur, Lib. 5. & 6. C. de Emanc.

d) Cujus poſterioris exemplum præbere poteſt domus Bentheimenſis. Poſtquam enim Erneſtus Guilielmus Comes liberis ex Zelſtia natis ditiones reſignaverat, reſervata ſibi poſſeſſione & adminiſtratione ſub qualitate tutoris, cum uxoris ſubſtitutione, actum hunc ab Imperatore confirmari curavit 1665.

§. LIII.

a) Tutorem pupillis vel ordinari invitum nunc, nunc conſentientem mater petit, vel confirmari ſe tutor teſtamentarius aut legitimus ſupplicat.

b) Invitum ſi ordinari mater cupit, ſupplicat per procuratorem pro citatione ad videndum ſe ordinari contutorem.

c) Poteſt & litigans cum minore ſupplicare pro citatione ad nominandum curatorem ad litem: vel videndum ſibi dari & reſp. conſtitui ex officio.

d) Ubi tutor futurus in tutelam ſuſcipiendam conſentit, & pro confirmatione & admiſ-

sione ad consuetum tutelæ vel curatelæ Juramentum vel ipse, vel mater pupillorum per
Num. 180, procuratorem supplicat:

N. und N. eingangs erwehnten Kindern zu Vormündern gnädigst zu verordnen, darüber Richterliche Decret und Autorität zu interponiren, auch Anwald ad præstationem solennium Krafft special Gewalts sub A. gnädigst zuzulassen, und darüber tutorium in consueta forma um gewöhnliche Cantzley-Gebühr mitzutheilen &c.

1. Præter pupilli immedietatem ostendat
2. Se vel vigore testamenti paterni restamentarium, vel jure proximæ agnationis legitimum esse tutorem.

Num. 181.
3. Procurator apponat mandatum speciale ad præstandum in animam tutoris juramentum tutelæ de legitime eadem administranda, sub obligatione omnium tutoris bonorum.
4. Si mater se tutricem confirmari cupit, per instrumentum doceat, quod secundis nuptiis & SCto Vellejano prævia certioratione renuntiarit, desuperque mandatarium vigore procuratorii jurare jusserit.

*) Alias decernitur:

Si supplicans secundis nuptiis & Senatusconsulto Vellejano (desuper a JCto coram duobus testibus certiorata) renuntiaverit, ac instrumentum de eo confectum exhi-

exhibuerit, ratione admissionis ad juramentum tutelæ sequetur ulterior resolutio.

f) His ubi satisfactum, decernitur:

> Auf weyland N. hinterlassenen Wittben Begehren, und N. und N. als zu Vormündern benannten Bewilligen, sind sie sämmtlichen ernannten N. nachgelassenen minderjährigen Kindern N. N. N. zu Vormundern, doch daß sie zuvor Gelübd, Eyd, Obligation and Renuntiation thun, hiemit verordnet.

Vel;

Admittatur ad juramentum tutorium.

g) Si postea nihilominus mater nubit, & tutores pupillos ad educandum postulant, decernitur:

> Rescribatur aut injungatur matri, ut filios cum hereditate paterna tutoribus exhibeat.

h) Denique si minorenni curator petitur, cum talis invito haud detur, simul de consensu minorennis docendum. Alias decernitur:

> Wofern Supplicant, daß die minderjährige Kinder zu den erbetenen Curatorn ihren Consens ertheilet, glaublich bescheinigen wird, soll ferner ergehen was Recht ist.

i) Præstito tutelæ vel curatelæ juramento, *Num.* Tutorium seu literæ tutelæ confirmatoriæ in 182. officio taxæ expediuntur.

k) In contutorem si quis se adjungi petit, decernitur:

Admittatur supplicans ad præstandum juramentum contutelæ, quo præstito detur petitum tutorium in consueta forma.

l) Si super depositis tutelæ rationibus confirmatio petitur, causa cognita petito annuitur, e. c.

Wird auf eingelangten Commissions-Bericht von Hauptmann, Räthen, und Ausschuß der unmittelbar freyen Ritterschafft in Francken Orts Rönn und Werra, die durch ihre Subdelegirte untern 4. May lauffenden Jahrs ertheilte Quittung über die von N. abgelegte Vormundschaffts-Rechnung N. hinterlassener Kinder hiemit confirmirt, auch gedachter N. nunmehro berührter Vormundschafft enthoben (auch darüber gerichtliche Decret und Urkund ertheilet.)

§. LIV.

Num. 183. *a*) Pactorum, contractuum & transactionum confirmatio hac circiter formula petitur: Euer Kayserlichen Majestät Ober-Richterlichen Consens allergnädigst zu interponiren, und solchen Contract zu confirmiren, auch förderlichst Decret und Urkund allergnädigst darüber zu ertheilen, wie nicht weniger collationata copia den Original-Contract wieder ausfolgen zu lassen.

b) Petitur talis confirmatio vel omnibus consentientibus in confirmationem, vel quibusdam invitis.

c) Hoc

c) Hoc casu opus est supplica pro citatione ad videndum confirmari transactionem. Alias & si unilateraliter confirmatio petitur, decernitur:

Si ambo vel omnes supplicaverint, sequetur ulterior resolutio.

Wenn der andre Theil zugleich mit einkommen, und pro confirmatione anhalten wird, erfolgt ferner was Rechtens.

d) Imo si tertii cujusdam præjudicium subesse videtur, decernitur:

Rescribatur Principi vel Statui vicino pro informatione.

Vel:

Communicetur reliquis agnatis & interessatis.

Atque tunc exceptiones, replicæ & duplicæ admittuntur.

e) Possunt quoque ante decretam communicationem partes interessatæ exhibere vorläufige Anzeige und Verwahrung, juncto petito pro denegatione confirmationis Cæsareæ, e. c. pactorum dotalium, vel saltem communicandis partis impetrantis exhibitis, & interim suspendenda resolutione. Atque tunc decernitur: *Num.* 184.

Es können die exhibita auf Anmelden ex Cancellaria verabfolgt werden. Sed detur simul term. 2. mens. peremtorie die etwa habende Nothdurfft, so viel die jura & interesse partium betrifft, sub eodem termino so gewiß beyzubringen, als im widrigen, ohne länger zu warten,

ten, an Ihro Kayserliche Majestät allerunterthänigst referiret werden solle.

f) De cetero præter interessatorum immedietatem requiritur, ut pactum vel in originali vel copia ab Archivario aut registratore Imperiali vidimata apponatur. Alias decernitur:

Si supplicans copiam in Cancellaria vidimatam apposuerit, sequetur ulterior resolutio. R. H. O. tit. 2. & 3.

Vel, si supplicantes mediati;

Supplicanten werden gehöriger Orten ihr Begehren anzubringen verwiesen.

Vel:

Supplicantes remittuntur ad suos dominos.

g) Si cuncta rite se habent, decernitur:

Num. Fiat petita confirmatio salvo Sac. Cæs. Maj.
185. Imperii & tertii cujuscunque jure (Uns
189. und dem Heiligen Reich und sonst männiglichen ohne Schaden:)

In Camera:

Ist die gebetene Confirmation salvo cujuscunque jure in consueta forma erkannt.

h) Si res altioris videtur indaginis, decernitur:

Num. Fiat Votum ad Imperatorem.

190. Quod, ubi a referente conceptum, legitur & approbatur, ad Imperatorem defertur, suoque tempore in consilio publicatur resolutio Cæsarea, e. c.

Kayserliche Majestät haben gehorsamsten Reichs-Hof-Raths Gutachten allergnädigst approbiret, in cujus conformitate fiat petita Confirmatio.

Vel

Vel:

Würde Supplicant sich in andre, auf mehrere Beybehaltung der e. c. Ritterschafftlichen Verfassung sowohl als Ihrer Kayserlichen Majestät Vorrechte gerichtete Wege mit N. verstehen, auch darunter was nähers an die Hand zu geben wissen, und so dann um Kayserliche Bestätigung geziemend einkommen, wollen Kayserliche Majestät gestalten Sachen nach sich weiter entschliessen und erklären.

i) In causis, ubi Imperatoris resolutio haud expectatur, sed eidem negotium saltem notitiæ causâ referendum, decernitur:

Fiat votum notificatorium ad Imperatorem.

§. LV.

a) Testamenta vel confirmari vel saltem ad acta poni petuntur.

b) Priori casu, si omnia se rite habent, decernitur:

Fiat petita confirmatio salvo jure cujuscunque.

Posteriori:

Ad acta & probe asservetur. *Num.* 191.

In Camera:

Ist Supplicanten sein Begehren zugelassen. 192.

c) Post mortem testatoris si testamenti ad acta positi publicatio petitur, decernitur: *Num.*

Fiat præsentibus interessatis proxima die Lunæ. 193.

In Camera:

Soll der Cantzley-Verwalter mit Zuziehung eines Protonotarii in die Leserey aller-

lerseits Interessenten Anwalde vor sich bescheiden, angezogenes Testament recognosciren lassen, darauf solches eröffnen, das Original in Lectoria verwahrlich aufbehalten, und jedem um die Gebühr glaubhaffte Abschrifft zugestellt, darüber Relation erstattet, und ad acta registriret werden.

d) Absentes hunc in finem mandatario mandatum possunt relinquere, qui suo tempore exhibet allerunterthänigste Production einer von N. in casum improvisæ mortis Dero e. c. Vatern seel. zurückgelassenen Eventual-Vollmacht auf N. juncto petito humillimo pro desuper clementissime reflectendo, & retenta copia vidimata ad acta, retradendo originali. Quo casu decernitur:

Fiat petita retraditio der Original-Vollmacht, retenta ejusdem copia vidimata apud acta.

e) Comparente eo, qui publicationem petit, testamentum coram pleno consilio aperitur & inscribitur:

Publicatum d - - - ejusque copia concedatur interessatis e Cancellaria.

f) Si post defuncti obitum demum ipsius testamentum producendum, exhibetur allerunterthänigste productio testamenti N. cum petito humillimo pro clementissime eodem publicando, &c, retenta copia vidimata ad acta, retradendo originali, nec non impertiendo manutenentiam. Fit desuper conclusum:

Publi-

Publicatur testamentum, cujus originale retradatur, retenta ejus copia vidimata apud acta.

g) Si originale apud Judicium Aulicum relinquendum, exhibetur ab executore allerunterthänigste depositio testamenti N. cùm petito humillimo pro eodem publicando, ad acta registrando, & concedenda ejus copia e Cancellaria in forma probante, quod ut fiat, desuper decernitur.

h) Testium citatio non præcise necessaria, si tamen majoris securitatis causa citati comparuere, scribitur:

Publicatum d - - - præsentibus testibus manus & sigilla recognoscentibus. - *Num.* 194.

§. LVI.

a) Salvum conductum *judicialem*, sive securitatem ad actus judiciales secure peragendos, tum Judicium Aulicum tum Camera Imperialis tam actori quam reo desuper supplicanti, si causa ad summa hæc tribunalia devoluta, concedit.

b) Quamdiu autem causa coram judice inferiore pendet, hujus est, salvum conductum concedere, quem si denegat, propterea appellandum.

c) Datur salvus conductus vel in forma communi sine pœna, vel in optima sub pœna præfixa.

d) Uterque impetrantem securum præstat a violentia contra jus sine prævia sententia metuenda, nec impedit, quo minus per sententiam custodia præcipiatur, vel pœna corporis afflictiva dictetur.

e) Sal-

e) Salvus conductus *extrajudicialis*, Paßport
Num. und Gleits-Brieffe, iter facientibus datur citra
195. respectum, num litigantes sint nec ne?

§. LVII.

a) Pro Notarii creatione vel immatriculatione supplicans

1. Apponat documentum honestæ nativitatis.
2. Testimonium fidei & industriæ a suo magistratu signatum.
3. Signetum, quo uti vult.
4. Documentum examinis; si forte jam alibi a magistratu Notarius creatus, vel si non est, ad examen se offerat, & tunc decernitur:

Admittatur supplicans ad examen.

b) Quem in finem denuo supplicat, apposito extractu protocolli, & quidem, si præsens, ut Consiliarii ad sui examen denominentur, sin absens, ut rescribatur Magistratui pro peragendo examine. Alterutrum decernitur.

c) Finito examine, de novo supplicans se vel ad examinatores referens, vel si alibi examinatus, testimonium examinis producens, immatriculationem & assignationem diei ad juramenti præstationem petit, vel si absens, ut rescribatur Magistratui de eodem ad juramentum Notariale admittendo, simulque apponit quietantiam solutæ taxæ. Alias decernitur:

Si supplicans officio taxæ satisfecerit, ratione admissionis ad juramentum sequetur ulterior resolutio.

Vel

d) Præstitis præstandis decernitur:

Admittatur ad juramentum proxima die Lunæ.

Vel:

Rescribatur Magistratui N. ut ipsum admittat ad juramentum Notariale. *Num.* 196.

In Camera.

Ist Supplicanten sein Begehren zugelassen, und gewöhnliche Urkund mitgetheilet.

§. LVIII.

a) Super actibus hactenus enarratis causæ cognitio institui, autoritasque interponi tum a Judicio Aulico, tum a Camerali potest.

b) Sequuntur ii, quorum cognitio privative ad Consilium Aulicum spectat, quales sunt immediatorum legitimatio, venia ætatis, restitutio famæ, investitura & expectativa feudorum, concessio juris primogenituræ, civitatis, nundinarum, privilegiorum impressoriorum, moratoriorum &c.

c) In hisce causis præcipue eo respiciendum, ne quicquam fiat in præjudicium tertii. Quamobrem, priusquam supplicantium petitis annuitur, rescribitur ad directores circuli, vicinos, aliosque interessatos, vel pro re nata ipsis plane libellus communicatur, ac tum demum, facto ad Imperatorem voto, juxta publicatam ejusdem resolutionem fit expeditio.

§. LIX. *Num.* 197.

a) Ad legitimationem haud amplius requiritur,

ritur, ut pater ducere amplius non possit matrem legitimandorum, nec habeat liberos legitimos, dummodo hoc non reticeatur.

b) Petit legitimationem vel ipse legitimandus vel pater ipsius. Priori casu, si ad succedendi effectum pertingere debet legitimatio, de consensu parentis docendum.

§. LX.

Num. *a*) In ætatis venia concedenda agnatorum
198. & tutorum consensus non quidem præcise ne-
199. cessarius, dummodo aliunde de prudentia & frugalitate minorennis doceri possit.

b) Quodsi ætatis veniam impetrans simul fratrum suorum tutelam accipere debet, specifice illud exprimendum.

§. LXI.

a) Investitura feudorum regalium ab ipso Imperatore coram throno à genuflexis recipitur *, non-regalium in Consilio Aulico foribus apertis, & quidem, si Vasallus est Germanus, stantibus tum Præside & Consiliariis, tum ipso jurante: si Italus, Præses sedet, Consiliarii stant, jurans genua flectit, & juramentum à Secretario prælectum repetendo præstat. Quo facto, qui juravit, Præsidem, quasi manum ipsius deosculari vellet, accedit.

b) Ad

* His circiter solennitatibus: Bini plerumque Principis investiendi legati post trinam genuflexionem accedunt Imperatorem in solio sedentem. Legatus primarius ita genuflexus brevi oratione Principalis

b) Ad supplicam pro renovatione investituræ, confirmatione regalium, & privilegiorum Principatus cujusdam, nec non denominatione diei ad præstandum fidelitatis juramentum requiritur:

1. Ut offeratur intra annum & diem a morte vel Domini, vel Vasalli, (utroque enim casu investitura sub pœna caducitatis requirenda) aut, si Clericus, a die electionis: vel saltem ut exhibeatur intra hoc tempus supplica pro indultu singulis mensibus pro 15. fl. redimendo. Sportulis tamen solutis, indultum gratis obri- *Num.* 200.

I	ticur.

palis absentiam excusat, ejusque nomine investituram petit. Imperator Vice-Cancellario ad sinistram stanti pauca verba in aurem dicit, qui itidem brevi oratione indicat, Sac. Cæs. Majestatem ex causis adductis super omissa personali comparitione gratiosissime dispensare, legatisque investituram concessurum, quem in finem juramentum ab iis jam esse præstandum. Surgunt legati & propius ad Imperatorem ascendentes iterum in genua procumbunt. Imperator caput detegit, Cubicularius sinui ipsius Evangeliorum librum apertum imponit, quem legati digitis tangunt & juramentum a Vice-Cancellario prælectum repetunt. Remoto Evangeliorum libro Imperator caput iterum tegit, & ab Aulæ Mareschallo ad dextram stante gladium nudum accipit, ejusque conum legatis deosculandum præbet. Legati paululum descendentes iterum in genua procumbunt, secundarius gratiarum actionem peragit, & postquam eo, quo venerunt, modo recesserunt, Imperator quoque surgit.

Num. 201. netur. Tardius si exhibetur supplica, decernitur:

Communicetur ex officio fiscali, ut suo fungatur officio.

Vel:

Injungatur supplicantibus in term. 2. mens. sich standhafft darüber zu verantworten, daß dieselbe den rechtlichen Termin die Investitur zu bitten versäumet.

2. Ut apponantur

α. Ultimæ investituræ tabulæ ab Archivario seu Registratore Imperiali Aulico vidimatæ.

β. Documentum mortis a loci parocho aut capitulo.

γ. Documentum proximæ agnationis, ni ex prioris investituræ tabulis de ea constet, aut, si Clericus est, documentum legitimæ *electionis* a capitulo signatum, & pro lubitu in eodem cum mortis instrumento comprehensum, nec non *confirmatio* Papalis, & *Breve* Apostolicum, quo Papa Imperatori confirmatum commendat, omnia in originali, quæ retentis copiis a registratore vidimatis restituuntur, excepto Brevi Apostolico.

δ. Si Vasallus absens per mandatarium investituram petit, literæ Credentiales seu mandatum ad jurandum in animam Vasalli, mandatario datum, qui

Num. 202. præcise debet esse Illustris ab ipso Vasallo

fallo constitutus: nec enim per procuratorem seu mandatarium substitutus admittitur. *

c) Si ex his aliquid omissum, desuper interlocutorie decernitur e. c.

Si Dominus Princeps personam illustrem ad præstandum juramentum ablegaverit, sequetur ulterior resolutio (vid. Decretum Comm. 21. Jul. 1659.)

Si Vasallus (forsan ipse in Aula Cæsarea tum degens) ipse supplicaverit, & homagium præstare voluerit, sequetur ulterior resolutio.

d) Taxa Principibus solvenda solet esse 1081. fl.

e) Si vero omnia requisita adesse deprehenduntur, decernitur: Fiat Votum ad Imperatorem, omnia requisita esse adimpleta, ideoque a Sac. Cæs. Maj. stare, ut diem & horam Domino Principi ejusve ablegatis ad præstandum homagium significare dignetur, quod tempus per supremum Aulæ præfectum ablegatis indicatur.

f) Si de investitura feudi non-regalis agitur, ad supplicam modo memoratis requisitis

I 2 (nisi

* Principum legati tum in supplica pro investituræ renovatione, tum in oratione coram throno hunc in finem habenda, absentiam Principalis excusare tenentur, quam tamen excusationem omittunt legati illorum Principum, qui simul Regia dignitate pollent, e. c. Saxo, Brandeburgicus, Hanoveranus.

(nisi quod mandatarius Agens Judicii Aulici admittatur) instructam, citra votum ad Imperatorem decernitur:

Admittatur ad juramentum.

g) Atque tunc supplicans in officio taxæ taxam a taxatore designatam, intra mensem a tempore dicti decreti, sub pœna cassandæ decretæ investituræ, vi Decret. Comm. 13. Aug. 1659. solvere, & desuper documentum a taxatore receptum ad Consilium Imperiale Aulicum per Secretarium tradere, aut pro prorogatione supplicare debet.

h) Citra taxam solutam, si pro præfigenda die ad jurandum supplicatur, decernitur:

Si supplicans de præstitis præstandis docuerit, sequetur ratione admissionis ad juramentum ulterior resolutio.

i) Taxa soluta, diem apud Præsidem Consilii supplicans per Consilii Secretarium sollicitat, quo obtento post finitum Consilium ad juramentum admittitur.

Num. *k*) Præstito juramento, confectio literarum
203. investituræ apud Secretarium, & plenaria ea-
204. rum expeditio in taxæ officio urgetur.

§. LXII.

a) Pro consensu ad alienandum vel hypothecandum feudum supplicaturus

1. Doceat de agnatorum consensu.
2. Apponat contractum venditionis aut hypothecæ

pothecæ

pothecæ in originali vel forma authentica.

3. Una cum contrahente ſupplicet.

b) Horum ſi quid deficit, decernitur:

Petitum non habet locum.

Vel:

Si ambæ partes contrahentes ſupplicaverint, nec non Agnatorum conſenſum, ut & conventionem in originali, vel forma per Cancellariam Imperialem authenticata, produxerint, ſequetur ulterior reſolutio.

c) His autem præviis decernitur:

Reſcribatur vicinis aut Con-Vaſallis, ut ſuper feudo, ejusque ut & ſupplicantium circumſtantiis, & petitionis meritis ſe informent, & an feudum non ſit brevi vacaturum? nec ſupplicans habeat allodialia, ad alienandum vel hypothecandum & ſolvendum ſufficientia? vel ipſi vel per ſuos ſubdelegatos indagent, deque omnibus hiſce ſuam Cæſ. Maj. intra bimeſtre reddant certiorem.

d) Secuta hac informatione decernitur:

Ad acta & communicetur ex Cancellaria ad preces partium.

e) Tandemque ad ulteriorem ſupplicantium inſtantiam decernitur:

Fiat Votum ad Imperatorem, ſupplicantibus conſenſum ad alienandum (hypothecandum ad X. annos) concedi poſſe.

§. LXIII.

Num. 206. Primogenituræ jus aut Privilegia cum aliorum detrimento aut præjudicio conjuncta, e.c. pedagii, Weg-Zoll, nundinarum, civitatis, moratoria &c. ubi concedenda, semper prius pro informatione vicinis, aut magistratui, alisvé interessatis rescribitur, ipsisve libellus communicatur, & tunc demum votum, concedi posse, ad Imperatorem fit.

§. LXIV.

Num. 207. *a*) Pro impressorio Privilegio si supplicandum,

1. In rubrica libri vel Autoris nomen apponendum, non typographi aut bibliopolæ.
2. Non super pluribus libris simul petatur. Alias decernitur:
   Si super quovis libro separatim imploraverit, sequetur ulterior resolutio.
3. Apponatur frontispicium.
4. Agens caveat de tradendis quinque solitis exemplaribus.

b) Acceptata Agentis cautione conceditur petitum privilegium semper ad certos annos a die concessionis (non editionis, ne prelo librum dare negligatur.)

c) Si liber jam impressus, loco verborum: *Accepta cautione*, decernitur: Und sollen zuvorderst und ante expeditionem die gewöhnliche 5. Exemplaria beygebracht werden.

d) Tum

d) Tum Agens præſentat exhibitionem humillimam debitorum ſ. exemplarium libri N. ad excelſiſſimum Dicaſterium ſpectantium, juncto petito humillimo pro clementiſſime loco recognitionis impertiendo extractu protocolli.

e) Si quis privilegium prius obtinuit, alius prius taxam, intra menſem regulariter ſolvendam, ſolvit, & Cæſareo Commiſſario librario Francofurti inſinuavit, inſinuans præfertur.

§. LXV.

a) Pro moratorio ſive indultu debitorum ſolvendorum ſupplicans non quidem fidejuſſionem, quam requirit L. 4. C. de precib. Imperatori offerend. nec cautionem juratoriam afferre debet, ſed ſaltem apponere deſignationem debitorum ſuorum, & demonſtrare, ſe citra ſuam culpam ad tale infortunium & inopiam eſſe redactum, ut in præſenti debitis ſuis ſolvendis ſit impar, ſed ſpem eſſe, in futurum hoc illove modo ſatisfaciendi. *Num.* 208.

b) Atque tunc, ſi opus videtur, reſcribitur magiſtratui vel vicinis pro informatione.

c) Qua ſecuta ſit Votum ad Imperatorem, concedi poſſe moratorium ad tot annos.

d) Tabulis moratorii ſpecifice inſerendum, num per illud uſurarum curſus ſiſti debeat, nec ne? item an contra debita privilegiata fiscalia, piarum cauſarum, pupillorum &c. effectum ſortiri debeat, nec ne? *Num.* 209.

§. LXVI.

a) Reſtant conſiderandæ gratiæ citra judicialem cognitionem ab Imperatore ad beneplacitum

ex mera clementia concedi solitæ, de quibus supra 50. *b.* jam monuimus, quod supplica Vice-Cancellario exhibeatur, qui desuper Imperatori vel ipse vel per Secretarium expeditionis refert.

Num. 210. 211. 212. *b*) Spectant huc Protectoria, & Salvæ Guardiæ, item Conservatoria, quæ hac formula solent concedi: Concedatur supplicanti Conservatorium in N. & N. unum nimirum, alterumve Statum, aut plures vicinos, a supplicante nominatos. Quorum officium postmodum est, impetrantem contra aggressores tueri.

Num. 213. *c*) Porro huc pertinent dignitatum collationes, pro quali supplicans sua suorumque benemerita, appositis desuper atteſtatis, aliisve documentis, inprimis docere debet.

d) Petito priusquam annuitur, nonnunquam aliquid injungitur, e. c. Wenn Supplicant die Handelschafft zu verlassen sich erkläret, oder allenfalls das Privilegium non-usus suchet, so folget ferner Bescheid.

e) Concessum privilegium postea in taxæ officio intra spatium trimestre sub pœna cassationis vi Capitulationis novissimæ art. 22. est redimendum, ac, quoties necessitas efflagitat, in locis, ubi ratione titulorum aliorumve jurium effectum sortiri debet, rite insinuandum.



Ap-

Appendix I.

Ad §. 5. Lit. i. in fin.

Extractus Decret. Commun. Cameral. die 13. Decembr. 1659. §. 5.

Zum fünfften wird sowohl in Ordine terminorum, als in der gemeinen Ordnung, Novarum genannt, das mündliche Recessiren und Andictiren der Procuratorn im Gericht gäntzlich abgeschafft und verboten; hingegen verordnet, daß ein jeder Procurator derjenigen Sachen, darin er pro observatione suorum terminorum etwas einzubringen benöthigt und Willens ist, eine richtige Specification zeitlich auf ein oder mehr Bogen Papier verfertigen, und bey einer jeden Sache den Receß, welchen er derenthalben vor dieser neuen Verordnung mündlich zu halten gehabt hätte, mit kurtzen und diesen ungefehrlichen Worten:

Ubergebe diese Replicas, Duplicas &c. handle und bitte wie darin: oder auch documentum paritionis, rotulum, lasse es dabey.

demselben inseriren: solche Specification in triplo rein, leslich und correct zu halben Blat

